Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detētio mea. Deo gratias.
℟. Speciosa facta es. Et suauis. Speciosa. ℣. In delicijs tuis sancta dei genitrix. Et suauis.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Speciosa facta es et suauis. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟m. Da mihi virtutem contra hostes tuos. ℣. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus: perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia/et eterna perfrui letitia. Per christum dominum nostrum. Amen. Pater noster. Aue maria gratia plena dominus tecum.

¶ De sancta Cruce. Ad nonam.

HOra nona dominus iesus expirauit. Hely clamans spiritum patri cõmendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Terra tũc contremuit/sol se obscurauit. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctã crucem tuam redemisti mundum. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: pone passionem crucem et mortem tuam: inter iudicium tuũ et animas nostras: nunc et in hora mortis nostre / & largiri digneris viuis misericordiam et gratiã/defunctis requiem et veniã: ecclesie tue sancte pacem & concordiam: & nobis peccatoribus vitã et gloriam sempiternã. Qui cum patre et spiritu sancto viuis & regnas deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Gloriosa passio domini nostri iesu christi: eruat nos a dolore tristi: & perducat nos ad gaudia paradisi. Amen. Pater noster. Aue maria.

¶ De cõpassione beate Marie. Ad nonam.



HOra nona flebilis cernit expirãtẽ. Patri dãdo spiritũ cloy clamãtẽ. Militẽ cũ lãcea latꝰ perforãtẽ. Cadit tũc in extasim dolor sternit stãtẽ. ℣. Te laudamꝰ & rogamus mater iesu xpi. ℟. Ut intẽdas & defẽ

Hore beate Marie.

das nos a morte tristi. Oremus. Oratio.

Domine sancte iesu: fili dulcis virginis marie qui pro nobis mortem in cruce tol lerasti: fac nobiscum misericordiam tuam: et da nobis et cunctis compassionem tue sanctissime matris deuote recolentibus/eius amore vitam in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Drenosa compassio dulcissime dei matris: per ducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen Pater noster. Aue maria.

Hore beate Marie virginis.

Ad vesperas.



Deus in adiutoꝛium meū in-
tende. Dñe ad adiuuā-
dū me festina. Gloꝛia patri ⁊ filio:
⁊ spiritui sancto. Sicut erat in pꝛin

cipio ℣ nunc et semp: et in scla. ℭ Psalmus. cxxj in quo monet ad desiderium celestis patrie.

LEtatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem.

Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus dñi testimonium israel: ad confitendū nomini domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt hierusalem: et abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum domini dei nostri: quesiui bona tibi. Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio. ℭ Psalmus. cxxy. in quo monet ad ascensum virtutum.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum: donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra obprobrium abundantibus: et despectio superbis.
Gloria patri. Psalmus .cxxiij. in quo monet omne bonum nostrum deo esse ascribendum.
Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dns erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos: forte vivos deglutissent nos.
Cum iraseceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos: in captione dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.
Laqueus contritus est: et nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Gloria patri. Psalmus cxxiij. in quo monet confidere in solo deo.

QUi confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur in eternum / qui habitat in hierusalem.

Montes in circuitu eius / et dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsq; in seculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Benefac domine: bonis et rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super israel. Gloria patri et filio: et spiritui sancto Sicut erat in principi. ℂ Psalmus. cxxv. in quo monet ad gaudium pro liberatione.

IN conuertendo dominus captiuitatem syon: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletum est gaudio os nostrum: et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus letantes.

Conuertere domine captiuitatem nostram: sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione metent.

Euntes ibāt & flebant: mittentes semina sua. Uenientes autem veniēt cum exultatione: portantes manipulos suos.
Gloria patri & filio: et spiritui sancto. Sicut. Añ. Post partum virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Capitulum.
Beata es maria que dñm portasti creatorem mundi: genuisti qui te fecit/et in eternum permanes virgo. Deo gratias. Hymnus.
Aue maris stella/dei mater alma: atq; semper virgo/felix celi porta.
Sumens illud aue/gabrielis ore: funda nos in pace/mutans nomen eue.
Solue vincla reis/profer lumen cecis: mala nostra pelle/bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem/sumat per te preces: qui pro nobis natus/tulit esse tuus.
Virgo singularis/inter omnes mitis: nos culpis solutos/mites fac et castos.
Uitam presta puram/iter para tutum: vt videntes iesum/semper colletemur.
Sit laus deo patri/summo christo decus: spiritui sancto/trinus honor vnus. Amen. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternum. Añ. Sãcta maria. Canticum beate marie. Luce. cap. j.

Diuine bonitatis magnificatio / humilium a deo exaltatio / et de suscepto redemptionis humane beneficio gratiarum actio.

Magnificat anima mea dominum:
Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatã me dicent oēs generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potētes de sede: & exaltauit humiles
Esurientes implenit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum. recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc & semper. Aña.
Sancta maria succurre miseris: iuua pusillanimes refoue flebiles / ora pro populo interueni pro clero / intercede pro deuoto femineo sexu.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oratio.

CConcede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: & gloriosa beate marie semper virginis intercessione/a presenti liberari tristitia: et eterna perfrui letitia. Per christum dominum nostrum. Amen. Pater noster. Aue.

CDe sancta Cruce. Ad vesperas.

DE cruce deponitur/hora vesptina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talē mortem subijt vite medicina. Heu corona glorie iacuit supina. ℣. Adoramus te christe/& benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus. Oratio.

DOmine iesu christe fili dei viui: pone passionem crucem et mortem tuā inter iudicium tuum/et animas nostras nunc et in hora mortis nostre/et largiri digneris/ viuis misericordiā et gratiā/defunctis requiem et veniam: ecclesie tue sancte pacem et concordiam: et nobis peccatoribus vitam et gloriā sempiternam Qui cum patre & spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Gloriosa passio domini nostri iesu christi: eruat nos a dolore tristi / et perducat nos ad gaudia

paradisi. Amen. Pater noster. Aue maria.

¶ De cõpassione beate Marie. Ad vesperas.



De cruce depositum hora vesperarum. Mater cum aspiceret eius natum carum. Osculansam plectitur pignus celi clarum. Corpꝰ eius madidat stillis lachrimarũ. Vꝰ. Te laudamus et rogamus mater ihesu christi. ℟. Ut intẽdas et defendas nos a nocte tristi. Oremus. Oratio.

O Domine sancte iesu fili dulcis virginis marie: qui pro nobis mortem in cruce tollerasti: fac nobiscum misericordiam tuam: et da nobis et cunctis compassionem tue sanctissime matris deuote recolentibus: eius amore vitam in presenti gratiosam: et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Threnosa compassio dulcissime dei matris: perducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen. Pater noster. Aue maria.

¶ Hore beate marie virginis.
Ad completorium.



Auuerte nos deꝰ salutaris no
ster & auerte iram tuam a nobis
Deus in adiutoꝛium meum intende.
Dñe ad adiuuandum me festina.

Glozia patri. Sicut erat. ℂOꝛatio pꝛo salute hebꝛeoꝛum/cum persꝛeuerant in quempiam inimicoꝛum insidie ad deꝝ fundēda. Psalmꝰ.xij.

Usqꝫ quo domine obliuiscꝛis me in finē usqꝫ quo auertis faciem tuam a me.

Quam diu ponam consilia in anima mea: dolozem in coꝛde meo per diem.

Usqꝫ quo exaltabitur inimicus meus super me respice et exaudi me domine deus meus.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdoꝛmiam in moꝛte: ne quando dicat inimicus meus pꝛeualui aduersus eum.

Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericoꝛdia tua speraui.

Exultauit coꝛ meum in salutari tuo/cantabo domino qui bona tribuit mihi: et psallā nomini domini altissimi. Glozia patri. ℂ Cōfessio trine beatitudinis/ꝛ diuini auxilij inuocatio/cum quis falso humano iudicio tractatur. ps.xlij.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

Quia tu es deus foꝛtitudo mea quare me repulisti: et quare tristis incedo/dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa

me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum: et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.
Cõfitebor tibi in cythara deꝰ deꝰ meus: quare tristis es anima mea: & quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.
Gloria patri. Sicut erat. De pio zelo / et cõi quispiam tentatas sibi insidias sepe deuitauit: ad deũ actione gratiarum. Psalmus. cxxviij.
Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea dicat nunc israel.
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea etenim non potuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorũ: confundantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum suam qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribãt benedictio dñi super vos: benedximus vobis in nomine dñi.

Gloria patri. Sicut erat. De vera humilita te/et non extollendo animo in dotibus et donis a deo susceptis. Psalmus. cxxx.

Domine non est exaltatum cor meū: neq; elati sunt oculi mei.

Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam:

Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.

Speret israel in domino: ex hoc nunc et vsq; in seculū. Gloria patri. Añ. Cum tocū ditate memoriam beate marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dñm iesum christū. Capm.

Sicut sinamomū et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrra electa dedi suauitatem odoris. Deo gratias. Hymnus.

Virgo singularis / inter omnes mitis: nos culpis solutos mites fac & castos.

Vitam presta puram/iter para tutum: vt videntes iesum/semper colletemur.

Sit laus deo patri/summo christo decus: spiritui sancto/trinus honor vnus. Amen.. ℣. Elegit eam deus et preelegit eā. ℟. Et habitare facit eā in tabernaculo suo. añ. Glorificamus te.

¶ Canticū symeonis. Luce. ij. cp̄m. ¶ De susceptio saluatoꝛe mundi in templo / iusti Symeonis gratulatio / et pia gratiarum actio.

NUnc dimittis seruum tuum domine : secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei : salutare tuum.
Quod parasti : ante faciem omnium populoꝝ.
Lumen ad reuelationem gentiū : et gloꝛiā plebis tue israel. Gloꝛia. Añ. Glorificamus te dei genitrix : quia ex te natus est chꝛistus / salua omnes qui te glorificant. Oñe exaudi oꝛationē meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Oꝛatio.

GRatiā tuā quesum⁹ dñe mētibus nostris infunde : vt qui angelo nūciante chꝛisti filij tui incarnationē cognouimus : per passionē eius & crucem : ad resurrectionis gloꝛiam perducamur. Per chꝛistū dominū nostrū. Amē. Pater noster Aue ¶ Ad cōpletoꝛiū de sancta cruce



HOꝛa completoꝛij datur sepulture coꝛpus chꝛisti nobile spes vite future. Cōditur aromate cōplētur scripture Jugi sit memoꝛia moꝛs hec mihi cure. Has hoꝛas canonicas cū deuotione. Tibi chꝛiste recolo pia ratione. Vt sicut tu passus es penas in agone. Sic laboꝛi consonans conꝺoꝛs sim coꝛone

℣. Adoramꝰ te christe ⁊ bñdicimus tibi. ℟m. Quia per sanctã crucẽ tuam rede. ⁊c. Oratio.

Omine ielu christe fili dei viui pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animas nostras nunc et in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis misericordiam et gratiam: defunctis requiem et veniam ecclesie tue sancte pacem et concordiam ⁊ nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternam. Qui cũ patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Gloriosa passio domini nostri ielu christi eruat nos a morte triste / et perducat nos ad gaudia paradisi. Amen. Pater noster. Aue maria.

De compassione beatissime virginis marie.



Hora cõpletorij mater properatur. Ut lugeret filiũ vbi tumulatur. Nec inde vult recedere sed ibi morat̃r. Usq; dum ad filiũ tandẽ exaltatur. Ergo mater miseris miserere mitis. Pro quibus compateris presso botro vitis. Nos a peste funeris salua fuga ditis. Et nos iunge ceteris vite redimitis. ℣. Te laudamus et rogamus mater ielu christi. ℟m. Ut intendas et defendas nos a morte triste. Oremus. Oratio.

Domine sctē iesu fili dulcis virginis ma=
rie qui pꝛo nobis moꝛtē in cruce tollerasti
fac nobiscū miam tuā :et da nobis et cunctis cō
passionē tue sctissime matris deuote recolētib⁹
eius amoꝛe vitā in pꝛesenti gratiosā: et tua pie=
tate gloꝛiam in futuro sempiternā. Jn qua vi=
uis et regnas deus. Per oīa secula sēkoꝛ. Aīn.
Ꝛenosa compassio dulcissime dei matris: per
ducat nos ad gaudia summi celi patris. Amen
Pater noster. Aue maria gratia plena.
¶ Sequuntur suffragia de beata maria.



Salue regina misericoꝛdie. Vi
ta dulcedo et spes nostra salue
Ad te clamamus exules filij eue.
Ad te suspiramus gementes et flen=
tes/in hac lacꝛimarum valle. Eya
ergo aduocata nostra / illos tuos mi
sericoꝛdes oculos ad nos conuerte. Et iesum be
nedictum fructum ventris tui / nobis post hoc
exilium ostende. O clemens. O pia. O dul=
cis maria. ỽsus. Virgo mater ecclesie / eter=
na poꝛta gloꝛie / esto nobis refugium apud pa=
trem et filium. O clemens. ỽsus. Virgo cle=
mens/virgo pia/virgo dulcis o maria/exaudi
pꝛeces omnium: ad te pie clamantiū. O pia. ỽ.
Hunde pꝛeces tuo nato / crucifixo vulnerato/

et pro nobis flagellato / spinis puncto felle potato. O dulcis. Jhus. Gloriosa dei mater / cuius natus exstat pater / ora pro nobis omnibus / qui tuam memoriã agimus. O maria. Jhus. Dele culpas miserorum / terge sordes peccatorum / dona nobis beatorum vitam tuis precibus. O mitis. Jhus. Ut nos saluet a peccatis pro amore sue matris: et ad regnum claritatis / nos ducat rex pietatis. O clemens. O pia. O dulcis. O mitis maria salue. Jhus. Aue maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus / qui gloriose virginis et matris marie corpus & animam vt dignũ filij tui habitaculum effici meretur spiritu sancto cooperante mirabiliter preparasti: da vt cuius commemoratione letamur eius pia intercessione ab instantibus malis / & a morte perpetua liberemur. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. Pater noster Aue maria.

¶ The ryght reuerent father in god laurence bysshop of alleuen hath graunted. xl. days of pardon tho all them that deuouthly says thys prayer in the worshyp of our blessid lady beyg penytẽt et trwly confessed of all ther synnes oro.



GAude virgo mater christi que per aurem concepisti / gabrieli nuncio Aue maria gratia plena dñs. Gaude quia deo plena peperisti sine pena: cum pudoris lilio. Aue maria. Gaude quia tui nati quem videbas mortem pati: fulget resurrectio. Aue maria. Gaude christo ascendente / et in celum te vidente: motu fertur proprio. Aue maria gratia ple. Gaude q̄ post ipsum scandis / et est honor tibi grandis in celi palatio. Aue maria gratia ple. Ubi fructus ventris tui / per te detur nobis frui: in perenni gaudio. ℣. Benedicta es a filio tuo domina. ℟. Quia per te fructum vite communicauimus. Oremus. Oratio:

DEus qui beatissimam virginem mariam in cōceptu et partu dilecti filij tui virginitate seruata duplici gaudio letificasti / quiq̄ eius gaudia eodem filio tuo a mortuis resurgēte ad celos ascendente multiplicasti: presta quesumus: vt ad illud ineffabile gaudium quo assumpta tecum gaudet in celis: eius meritis et intercessione valeamus peruenire. Qui viuis et. Pater noster. ¶ A deuote prayer of the. vij. ioyes of oure blessed lady spoken vnto ~~the saint thomas of cāterbery~~ Aue mī. hy℣.



Gaude flore virginali/ honore specialí: transcendēs splē diferū. Angelorū principatū ⁊ sanctorū decoratū: dignitate munerū. Aue maria gratia plena dñs tecū.

Gaude sponsa chara dei: nā vt clara iux diei: solis datur lumine. Sic tu facis orbē vere: tue pacis resplēdere: lucis plenitudīe. Aue

Gaude splendēs vas virtutū/ cuius pendēs est ad nutū: tota celi curia. Te benignā et felicē iesu dignā genitricē: veneratur in gloria. Aue.

Gaude nexu charitatis / et amplexu dignitatis: iuncta sic altissimo. Ut ad votum consequaris: quicquid virgo postularis: a iesu dulcissimo Aue maria gratia plena dominus tecum.

Gaude mater miserorū: quia pater seculorum dabit te colentibus. Congruentē hic mercedē ⁊ felicem poli sedem: regnis in celestibus. Aue.

Gaude virgo mater christi/ tu que sola meruisti: o virgo pissima. Esse tante dignitatis / vt sis sancte trinitatis: sessione prorima. Aue ma.

Gaude virgo mater pura/ certa manens et secura/ q̄ hec septem gaudia. Non cessabunt nec decrescent/ sed durabunt et florescent per eterna secula. Amē. O spōsa sctā et humilis virgo pulcherrima maria mater dei virgo electa: esto mi

hi via recta:ad eterna gaudia: vbi pax est ⁊ glo
ria ⁊ me semp aure pia dulcis exaudi maria⁹.
Exaltata es sancta dei genitrix. ℟. Super cho
ros angelorum ad celestia regna. Oratio.
OMnipotentissime domine iesu christe fili dei vi
ui/qui beatissimam gloriosissimam hu=
milem benignam: et pulcherrimam virginem
mariam matrem tuam pissimã: perpetuis et
felicibus gaudijs tecum in celo coronatam leti=
ficasti:concede propitius vt eius meritis glorio
sis ⁊ precibus continuis salutẽ et prosperitatem
mentis ⁊ corporis cum gaudio:alacritate ⁊ abũ
dantia omniũ bonorum spiritualium et corpo=
ralium consequamur in hoc seculo:pie/iuste/be
nigne viuamus:et post translitũ huius seculi ad
gaudia eterna feliciter peruenire valeam⁹ Qui
viuis et regnas de⁹. Per oia secula seculorum Amẽ.
℣Psalmus.cxxix.in quo monet ad penitentiã
DE profundis clamaui ad te domine: do=
mine exaudi vocem meam.
℟ fiant aures tue intendentes: in vocem depre
cationis mee.
℣ si iniquitates obseruaueris domine: domine
quis sustinebit.
℟ quia apud te propitiatio est: et propter legem
tuam sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.

A custodia matutina vsq; ad noctē: speret isra el in domino.

Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera.

Requiem eternam dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis A porta inferi Erue dñe animas eorū. Credo videre bona dñi In terra viuētū Dñe exaudi orationē meā Et clamor. Oratio

ABsolue quesumus dñe animas famulorum famularūq; tuarū ab omni vinculo delictorū: vt in resurrectionis gloria inter sāctos tuos resuscitari respirēt. Per. Et aie omnū fideliū defūctorū per misericordiā iesu christi in pace requiescāt Amē. Pē nē. Aue Credo.

¶ God haue mercy on al cristē soules. Amen.

¶ God saue the kyng et bryng vs to the blysse that neuer shal haue endyng. Amen.

¶ A deuowte prayer to owre blessyd lady and saint Johā euāgelist the whyche sait edmūde archebyscop of cantorberi mayde and sayd dayly of the whyche be many miracles schewyde.



O Intemerata et in eternũ benedicta singularis et incõparabilis virgo dei genitrix maria / gratissimum dei templum spiritus sancti sacrariũ ianua regni celorũ / per quem post deũ totus vivit orbis terrarum. Inclina mater misericordie aures tue pietatis indignis supplicationibus meis: et esto mihi miserrimo peccatori pia in omnibus auxiliatrix. O iohannes beatissime christi familiaris et amice / qui ab eodẽ domino nostro iesu christo virgo es electus / et inter ceteros magis dilectus: atq; mysteriis celestibus vltra omnes imbutus: apostolus eius et euãgelista factus es preclarissim⁹. Te etiam invoco cum maria matre eiusdem saluatoris nostri: vt mihi opem tuã cum ipsa conferre digneris. O due gemme celestes maria et iohannes. O duo luminaria diuinitus ante deũ lucentia: vestris radijs scelerum meorũ effugate nubila. Vos enim estis illi duo in quibus deus pater per filiũ suum spiritualiter edificauit sibi domũ. Et in quibus ipse filius dei ob sincerissime virginitatis meritũ dilectionis sue confirmauit priuilegiũ: in cruce pendẽs vni vestrum ita dicens. Mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. In hu

ius ergo tam sacratissimi amoris dulcedine / qua tunc ore dominico velut mater et filius ad inuicem coniuncti estis / vobis duobus ego miserrimus peccator commẽdo hodie corpus meũ et animã meam: vt in omnibus horis atq; momentis interius et exterius firmi custodes / et pij apud deum intercessores mihi existere digneminí. Credo enim firmiter et indubitanter fateor quia velle vestrum velle dei est: et nolle vestrum nolle dei est. Unde quicquid a illo petitis sine mora obtinetis. Per hanc ergo tam potentissimam vestre dignitatis virtutem / poscite queso mihi corporis et anime salutem. Agite queso agite vestris sacris orationibus / vt cor meum inuisere et inhabitare dignetur spiritus almus gratiarum largitor optimus: qui me a cunctis vitiorum sordibus expurget / virtutibus sacris illustret / et eroret / in dilectione dei et proximi perfecte stare et perseuerare me faciat. Et post huius vite cursum ad gaudia me ducat electorum suorum benignissimꝰ paracly tus. Qui cum patre et filio coeternus et consubstantialis cum eis / et in eis viuit et regnat omnipotens deus in secula seculorum. Amen.

An other deuowte prayer to o Wre lady.



SAncta maria dei genitrix sẽ=
perq̃ virgo bñdicta que a vir
gine ⁊ a dilecto iesu christi filij tui dis
cipulo suscepta es in matrem. San=
cteq̃ iohannes apl̃e ⁊ euangelista sa
cer virgo / qui ab eodẽ magistro tuo
christo: matri virgini commissus es in filiũ: pre
cor vos per pijssimũ redemptorem nostrum cui
virgines sancte in hac vita placere meruistis /
vt spiritum fornicationis a me procul elongetis
⁊ ardorem libidinis in me prorsus orando extin
guatis: meq̃ in vestra clientela suscipientes / pu
dice et sancte viuere doceatis / quatenus in his
castitatis floribus vernustatus / ad pristinũ vir=
ginitatis redeam meritũ / et ab omni immũda
sorde purgatus: in conspectu domini nostri iesu
christi merear apparere cũ iustitia: et satiari cũ
apparuerit eis glia. Qui cũ pr̃e ⁊ spũ sctõ viuis
et regnas deꝰ. Per. Tho all them that be in the
state of grace that dayly sayth devoutely this
praier before owre blessyd lady of pitye she wil
le sho we them her blessid vysage et warne thẽ
the daye ond the owre of dethe and in there la
stẽde the angelles of god shalle yelde there sow
les tho heuyn and he shalle obtayne. v. hon=
dreth yerys and soo manye lenthys of pardon

graunted o wr holi fathers [illegible] of rome.



OBsecro te domina sancta maria mater dei pietate plenissima/ summi regis filia mater glorioss̄ima mater orphanorū consolatio desolatorū via errantium: salus et spes in te sperantiū: virgo ante partū/ virgo in partu: et virgo post partum. Fons misericordie/ fons salutis et gratie/ fons pietatis & letitie/ fons consolationis et indulgentie. Per illam sanctam et inestimabilē letitiam qua exultauit filius tuus in illa hora quando tibi per gabrielem archangelū annunciatus et conceptus fuit filius dei et per illud diuinū mysteriū quod tūc operatus est spiritꝰ sanctus in te Et per illā sanctā et inestimabilē pietatē gratiā misericordiā amorē & humilitatē: per quas filius dei descendit accipere humanā carnē in venerabilissimo vtero tuo et in quibus te respexit quando te cōmendauit sancto iohanni apostolo et euangeliste. Et quando te exaltauit super choros angelorū. Et per illā sanctam et inestimabilē humilitatē/ in qua tu respondisti archāgelo gabrieli. Ecce ancilla dñi: fiat mihi secundū verbū tuum Et per illa sanctissima quindecim gaudia que habuisti de filio tuo dño nostro iesu christo & per

do dominum nostrum iesum christū filium tuum ante crucē nudatum: ꝛ in ipsa leuatum vidisti pendentem crucifixum vulneratū / sitientem fel apponi / clamantem audisti / et morientē vidisti. Et per quinq; vulnera filij tui / et per contractionem viscerum suorū pre nimio dolore vulnerū suorū. Et per dolorem quem habuisti / quando vidisti eum vulnerari. Et per fontes sanguinis sui: et per omnem passionē ems / et per omnem dolorē cordis tui. Et per fontes lachrimarū tuarum: vt cum omnibus sanctis ꝛ electis dei venias et festines in auxilium ꝛ consilium meū / in omnibus orationibus ꝛ requestis meis: et in omnibus angustijs ꝛ necessitatibus meis Et in omnib⁹ rebus in quibus ego sum factus / locuturus / aut cogitaturus oībus diebus ac noctibus / horis atq; momētis vite mee. Et mihi famulo tuo impetres a dilecto filio tuo complementū vite cum omni misericordia ꝛ cōsolatione / omni cōsilio / omni auxilio / et omni adiutorio / oīni benedictione / ꝛ sanctificatione / omni saluatione pace et prosperitate omni gaudio et alacritate. Etiam abundantiam oīm bonorū spiritualiū et corporaliū: et gratiā spūs sancti qui me bene per oīnia disponat aīam meam custodiat corpus meū regat / sensus erigat

cursum dirigat / mores componat actus probet vota et desideria mea perficiat / cogitationes sanctas instituat preterita mala indulgeat / presentia emendet et futura moderetur Vitam honestam et honorabilē mihi tribuat: & victoriam cōtra omnes aduersitates huius mūdi / beatā pacem spiritualē et corporalē mihi tribuat: bonam spem: charitatē / fidem / castitatē / humilitatē et patientiā. Et quinq; sensus corporis mei regat et protegat. Septē opera misericordie cōplere me faciat. Duodecī articulos fidei / decēq; precepta legis firmiter credere et tenere me faciat: a septem peccatis mortalibus me liberet & defendat vsq; in finē vite mee: et in nouissimis diebus meis ostende mihi faciē tuam / et annuncies mihi diem et horā obitus mei. Et hanc orationē meā supplicem suscipias & exaudias / & vitam eternam mihi tribuas. Audi et exaudi me dulcissima maria mater dei / et mīe. Amen.

¶ A speciall deuoute praier to our blessid lady.



Sancta maria regina celi et terre / mater dñi nostri iesu christi in sanctas & venerabiles manus eiusdem filij tui saluatoris nostri et redemptoris mundi / sancto corpori et sanguini eius: et in tuas

manus:⁊ omniū sanctoꝝ angelorū:archāgelo
rū:patriarcharū:prophetarū:apostolorū euan
gelistarū:martyrū: doctorū: cōfessorū atq; vir=
ginū: et oim sanctorū cōmendo hodie et quoti=
die:⁊ oñi tempore aiam meā:corpus meū:sen=
sum meū labia mea:manus meas:pedes meos
oculos meos:⁊ oñia membra mea oēs parētes
meos:fratres:sorores:amicos:inimicos:fami=
liares:propinquos: parrochianos: bñfactores:
meos: et oēm populū christianū . Custodi nos
dñe semper ⁊ vbiq;:⁊ defēde ab ira tua : ⁊ ab ira
sctissime genitricis tue marie: et ab ira oim san
ctorū tuorū:ab ira et odio et oñi mala volunta
te:a fulgure tonitruo et tēpestate:a subitanea ⁊
eterna morte:a fame peste ⁊ clade:ab oñi scāda
lo dolore verecūdia ⁊ tristitia: ab oībus malis:
ab oñi tribulatiōe ⁊ angustia:a lingua dolosa
a laqueis iniquis ⁊ puersis : ab oībus inimicis
meis visibilib⁹ ⁊ invisibilib⁹:⁊ ab insidijs ⁊ po=
testate eor ab oñi periculo aie ⁊ corporis : a vi=
tijs et peccatis:a cōcupiscentijs:a temptationi=
bus diaboli :a penis inferni libera me dñe iesu
christe:et adiuua me in oībus necessitatib⁹ meis
dona mihi sanitatē in corpe dona mihi recte a=
gere ⁊ i hoc sclo bñ viuere et bñ pseuerare dona
mihi per intercessionē sctē dei genitricis et oim

sanctorũ tuorum : rectam vitam & emẽdationẽ et spaciũ penitentiã agendi in hoc seculo / et eternam beatitudinẽ in futuro: & in hora exitus mei sacrosanctũ corpus et sanguinẽ tuum ad remissionem omniũ peccatorũ meorum recipere et illuminare cor meum de spiritu sancto : et fac me in tua gratia viuere semper / et per omnia tuis obedire mandatis: et a te nunq̃ permittas separari: sed ad requiem sempiternã peruenire & salua me domine vigilantẽ: custodi me dormientẽ vt dormiã in pace: & vigilẽ in te deꝰ meꝰ / cum honor & glia in sckorũ sckã Aiñ ¶ A deuoute prayer to besaid to our blessid ladi agaynste te pestilẽce



STella celi extirpauit: que lactauit dominũ . Mortis pestẽ quam plantauit primus parens hominum . Ipsa stella nunc dignetur sydera compescere . Quorum bella plebem cedunt / dire mortis vlcere. O gloriosa stella maris : a peste succurre nobis Audi nos nam filius nihil negaus te honorat. Salua nos iesu pro quibus virgo mater te orat vꝰ. Ora pro nobis sancta dei genitrix. Rm. Vt digni efficiamur promissionibꝰ christi Oratio.

DEus misericordie: deus pietatis: deus indulgẽtie : qui misertus es super afflictio

pem populi: et diristi angelo percutienti popu=
lum tuum/sufficit nunc contine manū tuā:ob a
morē illius stelle gloriose cuius vbera preciosa
contra venenū delictorū meorū q̄ dulciter suxi=
sti presta auxiliū gratie tue / vt ab omni peste ⁊
improuisa morte secure liberemur et a totis per
ditionis incursu saluemur Per te iesu christe sal
uator mundi rex glorie. Qui cum patre et spiri
tu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secu
la seculorum. Amen. ¶ This prayer I hoVid o
Vre ladye to a deuoute parson sayēge that this
golden prayer ys the moste sVetest and acce=
ptablest to me and in her aperynge she hadde
thys salutacion and prayer Vryttin Vytthe let
tres of golde in her breste. Oratio.



Aue rosa sine spinis / tu quā
pater in diuinis/maiestate
sublimauit et ab oñi ve purgauit.
Maria stella dicta maris / tuo na=
to illustraris / luce clara deitatis /
qua prefulges cunctis datis Gra=
tia plena te perfecit spiritus sanctus dum te fe=
cit: vas diuine bonitatis: et totius pietatis. Do
minus tecū miro pacto verbo vite carne facto/
opere trini conditoris o q̄ dulce vas amoris Be
nedicta tu in mulieribus: hoc testatur oñis tri=

bus:celi fantur te beatã:super oẽs exaltatã. Et benedictus fructus vẽtris tui:quo nos dona sẽper frui:per pregustum hic internũ et post mortem inetternum. Hunc virgo salutis censum tue laudis gratũ pensum. Corde tuo simu pia: clemens sume o maria. Amẽ. Pater noster. Ane.

Whoo that sayth deuoutely thys shorte praier dayly shalle not de parte oute of thys worylde withe oute penance and mynystracyõ of the holy sacrament the whyche was showyde by an angelle on tho saynt bernarde. Dño.



Aue maria ancilla sãcte trinitatis. Aue maria sponsa spiritus sancti. Aue maria mater domini nostri iesu christi. Aue maria soror angelorũ. Aue maria promissio prophetarum. Aue maria regina patriarcharum Aue maria magistra euãgelistarum. Aue maria doctrix apostolorum. Aue maria confortatrix martyrum. Aue maria fons et pulchritudo confessorum. Aue maria decus et corona virginũ Aue maria sal⁹ ꝙ cõsolatrix viuorũ et mortuorũ. Mecũ sis in oñibus tẽptationibus:tribulationib⁹ necessitatib⁹ angustijs et infirmitatibus meis. Et impetra mihi veniã omniũ delictorũ meorũ:et maxime

in hora exitus mei no delis mihi o pijssima virgo maria. Amen Pater noster. Aue maria.

¶ Our holy father Bonifacius ~~pope~~ of rome hath grauted vn to all them that sayth deuoutly thys prayer. C. days of pardon. Oratio.



Aue maria alta stirps: lilij castitatis. Aue profunda viola vallis humilitatis. Aue lata rosa capi diuine charitatis. Aue abyssalis fons omnis gratie et misericordie celi ros fructifer omnis diuine suauitatis et deuotionis. Amen. Pater noster. Aue.

¶ Our holy father Sixtus the. iij. ~~pope~~ hath grauted all them that deuoutly sayth thys prayer before the ymage of our lady and herfonne xj. thousande yeres of pardon. Oratio.



Aue sanctissima maria mater dei / regina celi porta paradisi domina mundi tu es singularis virgo pura: tu concepisti iesum sine peccato: peperisti creatorem et saluatorē mundi in quo non dubito. Ora pro me iesum dilectum filium tuum: & libera me ab omnibus malis. Amen. Pater noster. Aue maria gratia plena dominus tecum. ¶ An other deuoute prayer to our blessyd lady. Oratio.

Suffragia



O Domina gloꝛie o regina letitie o fons pietatis / o vena miſeri coꝛdie / o ſanctitatis libertas / o iocũ= ditatis amenitas / oſplẽdoꝛ celi o dul cedo paradiſi / o domina angeloꝛum o ſanctoꝛum letitia / o virginũ gem= ma / o felix et beata domina mea virgo maria tibi hodie commendo totum coꝛpus et animã meam / et totam vitam meam quiqꝫ ſenſus coꝛ poꝛis mei / omnia facta mea / moꝛtem meã cum ſis benedicta in eternũ ⁊ vltra : cum filio tuo do mino noſtro ieſu chriſto Qui cum patre et ſpiri tu ſancto viuit et regnat in ſecula ſeculoꝛũ. Añ Pater noſter. Aue. ¶ A deuoute pꝛayer of the vij. ſoꝛoWes of oWꝛe bleſſed lady. Oꝛatio.



Aue dulcis mater chriſti / que dolebas coꝛde triſti: te doce te ſymeone de dire moꝛtis mucrone: ſis memoꝛ huius doloꝛis / nunc et in omnibus hoꝛis : fac me pie memoꝛa ri penam moꝛtis tui chari. Aue ma.

Aue dulcis mater chriſti / que in egiptum fugi ſti: flens ibi notis carebas / et laboꝛe tabeſcebas nunc queſo ſis exilij tui memoꝛ ac filij: date mi= hi et filium tuũ poſt hoc exilium. Aue maria.

Aue dulcis mater chriſti: que dolebas coꝛde tri

sti:natum requirens inclitum tribus diebꝰ per ditum: pro tua hac mestitia fac me in eius grā= tia: inuentum per te pleniter perseuerare ingi= ter. Aue maria gratia plena dominus tecum.

Aue dulcis mater christi / que dolens et flens vidisti: captum vinctū dire celum: plenum pro bris dulcem iesum: huius memor tristitie ma= ter misericordie: a demonis insidijs serua me & ab opprobrijs. Aue maria gratia plena domi.

Aue dulcis mater christi: que dolens et flens vi disti: cruci nexu speciosum: iesum factum ceu le= prosum: per dolorem hunc tam fortem et per na ti tui mortem: in hora mortis vltima assis mi= hi charissima. Aue maria gratia plena dñs.

Aue dulcis mater christi / que de cruce suscepi= sti: vlnis iesum iam mortuum: piorum plena fle tuum: me vlnis tue clemētie: foueto mater grē cū omnibus fidelibus solamina poscētibꝰ Aue.

Aue que post mortē christi: dolendo sepe vidisti electa loca martyrij: eiꝰ plena suspirijs ob penas quas susceperas: ista loca cum videras. Aue.

Da sic post transitoria: mihi locum in gloria.

In honore nunc tantorum / ceterorumq; dolo= rum quos pro nato corde tristi virgo vnq; per= tulisti / meam tibi miseriam committens serua animā semperq; sis doloribus: dulcis adiutrix

oñibus. O clemens O pia O dulcis virgo maria. Pater. Aue. ¶ An other deuoute prayer of the grette sorowe that our lady had whan our lorde iesu cryste was deed in the crosse. Oratio:



MEmento obsecro dulcissima mater et domina illius venerande stationis / qua tuo tam beato filio astitisti in cruce pendẽti et reduc quelo ad memoriam cogitationes cordis tui et innocentis anime tue / angustias quas tunc habuisti quando ille vnigenitus tuus inmolatus est in oculis tuis / et recogita q omnia pro peccatoribus tollerare voluit / quorum vnus ego sum / ipse enim morte sua merui / vt essem frater suus. Ergo ne dedigneris pissima mater quin et ego sim filius tuus / ad te hodie o vnica spes miserorum confugio pelnus fiducia / tibi meipsum et omnes necessitates meas et fideles tuos mihi commissos deuote recommitto. Te hodie matrem et matronam pre omnibus eligo et preopto. Noli ergo pissima mater spernere me miserũ / peccatorem propter peccata mea nimia: et noli me abijcere a misericordia tua propter eum qui amore mei nud⁹ et dilaceratus pepẽdit in cruce ante te sed respicere me digneris tua dulcissima

gratia sicut te cum iohanne respexit iesus filius tuus dñs ⁊ redēptor noster qui est in secula bñdictus. Amē. Pē nr̄ Aue ih̄. ¶ Celestinus the pope hathe graunted to all them that deuowtly sayth thys prayer in the honour and worshyppe / of our blessed lady. iij. hondreth dayes of pardon. Pater noster. Aue maria. Oratio.



AVe mundi spes maria / aue mitis aue pia: aue plena gratia / omnis boni copia. Aue virgo mater christi / tu que sola meruisti. Esse mater sine viro / et lactare more miro. Angelorū imperatrix peccatorū consolatrix: consolare me lugentē / in peccatis iam fetentē Consolare pctōrē: ⁊ ne tuū des honorē. Alieno aut crudeli: precor te regina celi Me habeto excusatū: apud christū tuū natū Cuius irā expauesco: et furorē pertimesco. Nā peccaui sibi soli: o maria virgo noli Esse mihi a liena: gra celesti plena. Esto custos cordis mei signa me timore dei Cōfer vite sanitatē ⁊ da mor honestatē. Da pctā me vitare ⁊ quod iustū est amare O dulcedo virginalis nunq̄ fuit nec est talis Inter natos mulierū oīm creator rerū. Te elegit genitricē qui mariā peccatricem. Emundauit a reatu / ipse me tuo precatu. A peccatis

cunctis tergat: ne infernus me demergat. Eya
rosa sine spina: peccatorũ medicina Pro me chri
stum interpella: vt me saluat a procella. Huius
mundi tam immundi: cuius fluctus furebundi.
Omni parte me impingũt: & peccati zona stringunt. Christe fili summi patris / per amorem
tue matris. Cuius venter te portauit: et te dulci lacte pauit. Te per ipsam rogo suppler: quia
tu es salus dupler. Salus rerum mundanarum
atq; salus animarum Te nunc precor licet reus
miserere mei deus. Miserere christe mei / miserere fili dei. Miserere miserator: quia vere sum
peccator. Tu peccata dele mea: et cor mundum
in me crea. Da spem firmã fidem rectam: charitatemq; perfectam. Et concede fidem bonum
quod est super omne donum. Vt in corde sic cõpungar: tibi christe quod commungar. Fac me digne manducare / corpus tuũ salutare. Ira tua
non me grauet: sanguis tuus sic me lauet extra
corpus et in corde: a peccatis et a sorde. Vt dum
instat hora mortis: angelus tunc astet fortis.
Ate datus mihi custos / qui me locet inter iustos. Mors si carnem meã frangat: mors secũda nõ me tangat. Licet caro cõputrescat / spũs
in te requiescat. Vt dum surgã te visurus / semper tecũ sim mãsurus: a te nunq; recessurus per

infinita ſecula. Audi nos nã te filiꝰ nihil negãs honorat. Saluā nos ieſu pro quibus virgo mater te orat. Amen. Pater noſter Aue maria.

¶ Our holy father te ~~pope iuet~~ hath graūted at the inſtãce of the mooſt heyght et excellẽt pricelle elyzabeth late qVene / of englonde et Vyf to our ſouerayne lyege lorde kīge henri te ſeuẽt god haue mercy on her ſVete ſoull et al criſtien ſouls that euery day in the mornynge after. iij. tolliges of the aue bell ſay. iij. tymes the hoole ſalutaciõ of our lady. **Aue maria gratia plena:** that ys to ſay att. vj. of the klocke in the mornig. iij. **Aue maria** att. xij. a klocke at none. iij. **Aue maria**. And att. vj. of the klocke att euen for euery tyme ſo doyng is graũted of the ſpirituall treſour of holy churche. ~~iij. hõdreth days of pardon totiẽs quotiẽs~~ And alſo our holy faders the archebyſſop of cãterberi et yorke With other. ix. byſſopes of thys reame haue graũted iij. tymes in the day. ~~ix. days of pardõ~~ to al thẽ that be in te ſtate of grace able to receue pardõ the Vyche begonne the. xxvj. day of marche. Anno M. cccc. xciij. anno hẽrici ſeptimi. viij. Et the ſũme of the idulgẽce & pardõ for euery. **Aue** viij. hõdret days & ix. totiẽs quotiẽs This prayer ſchal beſaid att the tollynge of the aue bell.



SUscipe verbū virgo maria quod tibi a domino per angelum trasmissum est. Aue maria gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribꝰ: et benedictus fructus ventris tui iesus. Amē. ¶Say thys. iij. tymes and after Warde lay the Werlykyll folWinge. ỽlus. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem ℣. Ꝛem. Ꝓropterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie ꝓe consoꝛtibus tuis. Ꝏratio.

DEus qui de beate marie virginis vtero verbum tuum angelo annunciante carnem suscipere voluisti: ꝓesta supplicibus tuis/ vt qui vere eam dei genitricem credimus/ eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per chꝛistum dominum nostrum. Amen Pater noster Aue maria gratia plena.

¶Say thys ꝓayer deuOtly att the tollinge of the aue bell att none foꝛ amemoꝛi and remenbꝛaunce of the pas syon ✠ deeth of criste Ꝛ.



Tenebre facte sunt/dum crucifixissent iesum iudei/et circa horam nonam exclamauit iesus voce magna: heiy: hely lamazabathani/hoc est: Deus meus: deus meus: vt quid me dereliquisti. Et inclinato capite emisit spiritum. Tunc vnus ex militib⁹ lancea latus eius perforauit/et cōtinuo exiuit sanguis et aqua. ℣. Ius. Et velum templi scissum est a sūmo vsq; deorsum: ⁊ omnis terra tremuit. Et inclinato capite emisit spiritum. ℣. Ius. Propio filio suo non pepercit deus. ℟. Sed pro nobis omnibus tradidit illum. Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui: qui pro salute mundi in cruce felle ⁊ aceto potatus es: sicut tu consummatis omnibus in cruce expirans in manus patris commendasti spiritum tuum/sic in hora mortis mee in manus tue pietatis commendo animam meam: vt eam in pace suscipias: et in electorum tuorum choris aggregari precipias. Qui viuis et regnas. ⁊c. Pater noster. Aue ma. ¶ A general and a deuoute prayer for the goode state of our moder the churche militātyng here in erth for hous. ōō.

Suffragia



OMnipotens ⁊ miſericors deus
rex celi ⁊ terre tuã clementiam
ſuppliciter depoſco / vt per interuen-
tum et meritum gloriose dei genitri
cis ſemper virginis et omniũ ſancto
rum angelorum /patriarcharũ /pro
phetarum /apoſtolorum / martyrum / cõfeſſo-
rum /monachorũ / virginũ / viduarũ /⁊ omniũ
ſupernorũ ciuitũ /dñm apoſtolicũ /et omnẽ gra-
dum eccleſiaſticũ epiſcopũ noſtrũ: reges et pri-
pes nros famulos ⁊ famulas tuas atq; locũ iſtũ
vna cũ vniuerſa eccl̃ia catholica in oñi ſcritate
⁊ pace cuſtodias : oẽſq; cõſanguinitate: affinita
te familiaritate cõmiſſiõe: ⁊elemoſinarũ largi-
tione nobis iunctos ⁊ oñes chriſtianos a vitijs
et a peccatis emũdes virtutibus illuſtres: pacẽ
et ſalutẽ mentis ⁊ corporis nobis tribuas / hoſ-
tes viſibiles et inuiſibiles a nobis remoueas/
aeris temperiẽ indulgeas: fruges terre cõcedas
carnalia deſideria repellas: infirmis noſtris ſa
nitatem reſtituas / lapſis reparationem / nauí-
gantibus atq; itinerantibus fidelibus iter pro-
ſperũ ⁊ ſalutis portũ / tribulatis gaudiũ: oppreſ
ſis reuelationem / captiuis liberationẽ ſalutarẽ
cõcedas: inimicis noſtris ac diſcordãtibus ⁊ no
bis verã charitatẽ largiaris: rectoribus noſtris

pacem tribuas: errãtes corrigas: incredulos cõ uertas: ecclesie tue sancte fidem augeas: symoniacam heresim et omnes hereses et cismata in ecclesia tua catholyca destruas: & omnibus fidelibus viuis et defunctis in terra viuentium / vitam eternam pariter et requiem concedas Per christũ dñm nostrũ. Amen. Pater noster Aue.

¶ Thys prayer Walthe wyd to saynt bernarde by the messager of god saynge that as golde ys moste precious of all other methel so ex sedeth this praier al other praiers et who so that deuoutly sayth yt schal haue a singulare reWarde of our blessid lady and her swete son Jesus.



AVe maria ancilla trinitatis humilima Aue maria preelecta dei patris filia sublimissima Aue maria sponsa spiritus sancti amabilissima Aue maria mater dñi nostri iesu christi dignissima Aue maria sororũ angelorũ pulcherrima. Aue maria prophetissa prophetarum desideratissima. Aue maria regina patriarcharum gloriosissima. Aue magistra euangelistarũ veracissima. Aue maria doctrix apostolorum sapientissima. Aue maria confortatrix martyrum validissima. Aue maria fons et plenitudo confessorum suauissima.

Aue maria honor et festiuitas virginum iocundissima Aue maria consolatrix viuorum & mortuorum promptissima: mecum sis in omnibus tribulationibus et angustijs meis materna pietate/et in hora mortis mee suscipe animam meam/et offer illam dulcissimo filio tuo iesu: cum omnibus qui se nostris commendauerunt orationibus. Amen. Pater noster. Aue maria gratia plena. Credo in deum. &c.

¶ Our holy father the pope Bonifacius hath graunted vn to tho all thayn that deuoutly lays thys lamentable contemplation of our blessyd lady stondynge onder the crosse wepyng and/ hauyng compassion with her swethe sone Jesus. vij. yers of pardon and .xl. lentys. And also pope Jhon the .xxij. hath graunted .ccc. dayes or pardon.

Oratio.



STabat mater dolorosa: iuxta crucem lachrimosa: dum pendebat filius: Cuius animam gementem/ contristatem et dolentem: pertransiuit gladius. O q̃ tristis et afflicta fuit: illa benedicta mater vnigeniti: Que merebat et dolebat/ et tremebat cũ

videbat:nati penas inclyti.Quis est homo qui non fleret christi matrem si videret in tãto supplicio.Quis posset nõ contristari/piam matrẽ contemplari dolentem cum filio.Pro peccatis sue gentis vidit iesum in tormentis et flagellis subditũ Vidit suum dulcẽ natum/morientẽ desolatum dum emisit spiritũ.Eya mater fons amoris me sentire vim doloris: fac vt tecũ lugeam Fac vt ardeat cor meũ in amando christum deum:vt sibi complaceã Sancta mater istud agas crucifixe fige plagas:cordi meo valide Tui nati vulnerati iam dignãtis pro me pati penas mecũ diuide.Fac me vere tecum flere:crucifixo condolere donec ego vixero Juxta crucem tecũ stare/te libẽter sociare:in planctu desidero Virgo virginum preclara mihi iam non sis amara fac me tecum plangere Fac vt portẽ christi mortem passionis eius sortẽ et plagas recolere.Fac me plagis vulnerari cruce hac inebriari ob amorem filij.Inflammatus et accensus: per te virgo sim defensus in die iudicij.Fac me cruce custodiri morte christi premuniri cõfoueri gratia. Quãdo corpus morietur fac vt anime donetur paradisi gloria.Amẽ.℣.Tuam ipsius animã doloris gladius pertransiuit.℟.Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Oratio.

INterueniat pro nobis quesumus domine ielu christe nunc et in hora mortis nostre apud tuam clementiam beata virgo maria mater tua: cuius sacratissimam animã in hora tue passionis doloris gladius pertransiuit: et in resurrectiõe tua ingens gaudium letificauit. Per te ielu christe saluator mundi Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Incipit rosarium beate Marie virginis.



SUscipe rosariũ virgo deaura tumper cõpendiũ vita decora tũ Aue maria gratia plena dñs tecũ benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui ielus. Amen.

¶ Theys prayers folowyng ſchall be ſayd yn agonie and laſte ende of man and Women labouryng a gaynſt the deeth. And auery man or womẽ may ſay thyes prayer for thaym ſelfe or for and other. And fyrſte ſay thus. ¶ Primo dic. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Domine miſerere noſtri. Pater noſter. Aue ma. Saluator mũdi ſalua nos qui per crucem tuã / & ſanguinẽ tuum redemiſti nos. Auxiliare nos te deprecamur deus noſter. Oratio.

DOmine ieſu chriſte per agoniam et orationem tuam ſanctiſſimam / qua oraſti pro nobis in monte quando factus eſt ſudor tuus tanq̃ gutte ſanguinis decurrentis in terrã obſecro te vt multitudinem ſudoris tui ſangui-

nei quam pre timoris angustia: copiosissime ef-
fudisti offerre digneris deo patri omnipoten-
ti contra multitudinem peccatorum meorum /
et libera me in hora mortis mee ab omnibus pe
nis et angustijs quas pro peccatis meis me ti-
meo meruisse. Qui cum deo patre & spiritu san
cto viuis et regnas deus. Per omnia secula se.
¶ Secundo dic. Kyrie eleyson. Christe eleyso
Kyrie eleyson. Pater noster. Aue maria. Do-
mine miserere nobis: Sanctifica nos domine
signaculo sancte crucis: vt fiat nobis obstaculū
contra seua iacula omnium inimicorum defen-
de nos dñe per lignū sanctū tuū et per preciū iu
sti sanguinis tui cū quo nos redemisti. Oratio.
DOmie iesu christe qui pro nobis mori dig
natus es in cruce: obsecro te vt omnes
amaritudines omnium passionum tuarū quas
pro nobis peccatoribus in cruce sustinuisti / quā
do sanctissima anima tua egressa est a sanctissi
mo corpore tuo / offerre digneris deo patri om-
nipotenti pro anima mea infirma / et libera me
in hora exitus mei ab omnibus penis et passio-
nibus quas pro peccatis me timeo meruisse.
Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula
seculorum. Amen. ¶ Tertio dic Kyrie eleyson
Christe eleyson. Kyrie eleyson. Domine mise-

rere nobis. Pater noster. Aue maria. Protege et salua benedic et sanctifica domine populum cunctum et a me famulũ tuum per crucis signaculum morbos meos auerte corporis & anime et contra hoc signũ nullum stet periculum Qui viuis et regnas deus. Per omnia secu. Oratio.

DOmine iesu christe qui per os prophete tui dixisti: in charitate perpetua dilexi te et ideo attraxi te mihi miserans tui / oblecro te vt eandem charitatem tuam que de celis ad terram ad tollerantias omniũ passionum tuarũ traxit / offerre et ostendere digneris deo patri omnipotenti contra omnes penas et passiones meas quas pro peccatis meis me timeo meruisse. Salua animã meã in hora exitus sui / aperi ei ianuã vite: et fac me gaudere cum sanctis tuis in gloria. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Oratio.

DOmine iesu christe / qui redemisti nos preciosо sanguine tuo / scribe in anima mea vulnera tua cum precioso sanguine tuo vt discam in eis legere tuum dolorem tuũ amorẽ. Dolorem contra oñes dolores et angustias et penas quas p peccatis meis me times meruisse. Amorem vt viuã tibi amore inuiolabili quo a te et oñibus electis tuis numq̃ possim imper-

petuum separari: fac me domine participē sanctissime incarnationis / passionis resurrectionis: et ascensionis tue. Fac me participē omniū oratiōnum et beneficiorum / que sunt in ecclesia tua sancta: fac me participem omnium benedictionū gratiarū / meritorū / et gaudio omniū electorū tuorū qui tibi placuerūt ab initio mūdi: & concede mihi vt cum his omnibus in tuo conspectu gaudeam ineternuū. Qui cū deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amē ¶ Oratio ad patrem. Pater de celis deus: miserere nobis.



Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui coequalē consubstantialē et coeternū tibi ante oīnia secula / filiū ineffabiliter genuisti: cū quo atq; cū sancto spiritu ex te eodemq; filio procedente celū terrā atq; oīnia quecūq; existūt visibilia & inuisibilia / mirabiliter creasti Tibi gratias ago / te adoro / te laudo / te benedico teq; magnifico. Esto mihi propitius miserrimo peccatori: & ne despicias me opus manuū tuarū: sed libera / salua & adiuua me propter nomen tuū. Qui viuis et regnas deus. Per oīnia secula seculorū. Amē. Pater noster. Aue. ¶ Oratio ad filium.

Hali redemptoꝛ mundi deus: miserere nobis.



Domine ielu chꝛiste fili dei viui qui es verus et omnipotẽs deus: splendoꝛ ⁊ ymago patris: ⁊ vita eterna cui est vna cum eterno patre et spiritu sancto qualis honoꝛ/eadem gloꝛia coeterna maiestas: vna substantia. Tibi gratias ago/te adoꝛo/te laudo/te benedico/ teqꝫ gloꝛifico: ne me obsecro pereꝛre patiaris: sed salua et adiuua me pꝛopter nomen sanctum tuum. Qui viuis et regnas deus Per omnia secula seculoꝛum. Amen. Pater noster. Aue maria ¶ Oꝛatio ad spiritum sanctũ.

Spiritus sancte deus: miserere nobis.



Domine spiritus sancte deus qui coequalis consubstantialis et coeternus patri filioqꝫ exiſtens ab eis ineffabiliter pꝛocedens/ quiqꝫ super eundem dominũ nostrũ ielum chꝛistum in columbe specie ⁊ supꝛa sãctos discipulos suos in linguis igneis descendisti. Tibi gratias ago/te adoꝛo/te laudo/ te benedico/ teqꝫ gloꝛifico/ repelle a me quesο tenebꝛas totius iniquitatis et perfidie: et accende in me lumen misericoꝛdie tue: ⁊ ignem sanctissimi amoꝛis tui. Qui viuis. Per omnia secula secu.

¶Oratio bona quotidie dicentibus reuelatione diuina transmissa vni monacho de bynhym Circa annum domini.m.ccc.x.lxxxv. quinq. Pater noster.quinq. Aue maria Credo in deū

DEus propitius esto mihi peccatori & esto custos mei omnibus diebus vite mee deus abraham / deus ysaac / deus iacob miserere mei: & mitte in adiutorium meum / sanctum michaelem archangelum tuum / qui me custodiat protegat / et defendat ab omnibus inimicis meis visibilibus et inuisibilibus. Sancte michael archangele / defende me in prelio: vt non peream in tremendo iudicio tuo. Archangele christi per gratiam quam meruisti te deprecor per vnigenitum dominum nostrum iesum christū vt eruas me hodie et omni tempore a periculo mortifero. Sancte michael / sancte gabriel / sancte raphael / omnes sancti angeli et archangeli dei succurrite mihi: precor vos omnes virtutes celorum / vt per summam dei potentiam detis mihi auxilium q nullus inimicus me condemnare possit nec grauare / nec in domo / nec extra domū / nec dormientem / nec vigilantem. Ecce ✠ crucem dñi: fugite partes aduerse: vicit leo de tribu iuda radix dauid stirps iesse / saluator mundi / salua me qui per crucem & sanguinē tuū

redemisti me: auxiliare mihi deus meꝰ. Agyos agyos / agyos Crux xpi protege me. Crux christi salua me Crux christi defende me ab oñi malo libera me. Amē. ℣. Ora pro nobis beate michael archangele. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oremus. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorū ministeria hominūq; dispensas cōcede propitiꝰ vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur: Per. oia. Pater noster Aue. maria. ¶ Oratio ad sanctum gabrielem.

PRecor te o princeps egregie gabriel fortissime agonizata certātium exurge mihi in adiutorium aduersus malignantes / esto mecum contra aduersarios meos / ⁊ contra omnes operantes iniquitatem. Protege versutos hostes et contere violentos: vt oñes aduersantes mihi tuo opitulatu victi fugantur: fauente domino nostro iesu christo. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amē. Pater noster. Aue maria gratia. ¶ Oratio ad sanctum raphaelem.

AUxiliare mihi ⁊ tu princeps obsecro exi mie raphael animarū corporisq; optime medicator: ⁊ qui corporeos, thobie oculos pre-

sentialiter medicãdo illumiasti meos quoq; spi tuales et carnales oculos illustra et cũctas mei cordis et corporis tenebras amputare celitus o rando non deseras. ℙater noster. Aue maria.

¶ Ad omnes choros angelorum. Oratio.

O Inflammati seraphin ardentes dilectio ne. O illustrati cherubin lucentes cogni=tione. O summi throni iudicantes dei sessione. O superne dñationes dominantes diuina lar=gitione. O inclyti principatus alijs prefecti gu bernatione O mirande potestates demones ar centes dei iussione. O clare virtutes miracula facientes pro fideliũ illuminatione O sancti ar changeli magnis maiora anũciantes. O boni angeli curã hoim continuã habentes. Attendi te ministeriũ vestrũ ad custodiã nostrã dirigen tes cogitatus/ verba/ & actus nostros in viam salutis & prosperitatis vt mandatorũ dei volũ tarij cultores numerũ vestrorũ ordinẽ qui casu luciferi diminut⁹ est valeamus diuina largien te misericordia adimplere feliciter. ℣. Benedici te dño oĩes angeli eius. ℟. Potentes virtute facientes verbum eius. Oratio.

O Eus qui nouem spirituum ordines ad cognoscendum sempiternam diuinitatẽ tuam ab initio creasti: & post lapsum diaboli ho

minem deceptū per eū quatenus callum huiusmodi suppleret per filium mirabiliter redemisti da nobis de spiritu oris tui ita carismatis tui dona perfundi: vt beatorū angelorum tuorū cetibus de virtute in virtutem scandendo feliciter mereamur associari. ℘er dñm nrm. Amē. ℘ater. Aue ma. ¶ Ad sanctā trinitatem. Oratio.



Omne deus omnipotens pater ⁊ filius et spiritus sancte da mihi famulo tuo. N. vel famule tue N victoriā contra omnes diabolicas tentationes: ⁊ super oēs qui mihi cupiūt nocere: vt nō possint mihi nocere nec contradicere: sed dirigatur virtus eorum ⁊ consiliūm bonū. Et tu deus omnipotens sis fortitudo mea ⁊ refugium meū ⁊ clypeus defensionis mee ⁊ ignis inextinguibilis ⁊ turris immobilis fortitudinis ⁊ protectionis mee quatenus dispargantur oēs aduersarij mei ⁊ inimici. Deus abrahā: deus ysaac: deus iacob/ deus omniū beneuuentiū libera me famulū tuum. N. vel famulā tuam. N. ab oēibus peccatis meis angustijs ⁊ tribulationibus: necessitatibus ⁊ periculis: ⁊ da mihi robur/ fortitudinē et perseuerantiam in bonum: et sermonem rectum et benesonantem in os meum/ vt placita

sint officia verba mea vultus & opera mea omnibus hominib⁹ me videntibus & audientibus vt inueniã gratiã & auxilii in omnibus petitionibus meis. Prophet a clamat/apostolus dicit. Christus in te confidentes saluat ✠ christ⁹ vincit ✠ christus regnat ✠ christus imperare dignetur me esse triũphatorem oim aduersariorũ meorũ: & nõ timebo quid faciat mihi homo Deus in noĩe tuo saluũ me fac: & libera me ab oĩbus hostibus meis visibilibus & inuisibilibus & cõcede mihi spaciũ vere penitẽtie vt in noĩe tuo exhibeã & impetrem aliquid honoris & promotionis huius terreni seculi. Domine iesu christe fili dei viui in cruce suspendi voluisti: et lancea latus perforari permisisti: & de tuo pretioso sanguine me redemisti: & tres pueros de camino ignis liberasti: sydrac/mysac/ & abdenago: & susannã de falso crimine conseruasti & danielẽ de lacu leonũ liberasti Ita per hec verba liberame famulũ tuũ N. vel famulã tuã. N. ab oĩni aduersitate corporis & anime & oĩni opere malo presenti et futuro. Amẽ In noĩe pr̃is & filij & spũs sancti. Amẽ. Pater noster. Aue ma. Psalmi. Deus in noĩe tuo saluumme fac vt̃s. ad primã Deus misereatur nostri et bene. vt̃s. ad lau. De profũdis clamaui ad te dñe. vt̃s. ad nonã.

Voce mea ad dñm clamaui. vt infra in vigiliis.
Ad te leuaui oculos meos. vtꝫ ad sextã
Leuaui oculos meos in mõtes. vtꝫ. ad tertiã.
Beati omnes qui timent dñm. vtꝫ. ad nonã.
Celus autem transiens per medium illorum
bat. ¶ Oratio deuotissima ad deum patrem.

O Domine sancte pater omnipotens eterne deus in illa sancta custodia ⁊ memoria in qua commendasti gloriosissimum spiritum filij tui domini nostri iesu christi / quando misisti eum de celis ad terram / et in illa sancta custodia et memoria in qua respondisti et commendasti gloriosam matrem et personam filij tui existens in benedicta cruce quam commendasti iohanni apostolo et euangeliste / et in illa custodia et potestate qua commendasti spiritum sanctum tuũ in hora nona die veneris sancta quem commendasti patri tuo et dixisti. In manus tuas commendo spiritum meum. Eti iam in presentia veri corporis et sanguinis tui domine iesuchriste commendo animam meam corpus meũ mentes et cogitationes meas: verba et facta mea / ⁊ oñes orationes meas / patrẽ matrẽ / fratres et sorores: ⁊ oñes amicos ⁊ amicas: tuam pijssimã misericordiam deprecando vt nobis concedas nobis peccatoribus de pecca

gis nostris indulgentiã: et de presentibus fugã: ⁊ continentiã: de futuris securitatẽ ⁊ cautelam in tua fide rectã indulgentiã ⁊ voluntatẽ deuotam: in cunctis prosperis huius mundi sapientiam ⁊ humilitatẽ: in bonis operibus gratie tue abundantiã oim bonoꝝ spiritualiũ et corporaliũ: charitatẽ et integrã patientiã oĩbus amicis ⁊ benefactoribus nostris misericordiã et gloriã sempiternã Inimicis nostris recognitionem ⁊ indulgentiã/pariterq; nobis spaciũ vere penitentie ⁊ emendationẽ vite nostre gratiã ⁊ consolationẽ spũs sancti perseuerantiã in bonis operibus vt per te iungamur deo in celis cuius sanctissimum corpus ⁊ sanguinẽ in terris adoramus: et vt nõ possint nocere nobis inimici nostri visibiles ⁊ inuisibiles nec corporibus nec animabus: nec vigilando: nec dormiẽdo: per se: vel per aliũ: ⁊ semper misericordia tua nos preueniat ⁊ sequatur. ℭ Sequũtur quedam orationes speciales. Et primo. Oratio ad deum patrem.



Byrie eleyson. Pater de celis deus miserere nobis. Qui mundũ mirabiliter de nihilo creasti miserere nobis Qui vnigenitũ tuũ pro nobis ad mortẽ tradidisti miserere nobis. Qui celũ ⁊ terrã virtute guber-

nas miserere nobis. ℣. Aue ¶ Oꝛatio ad filium



Kyrie eleyson Fili redẽptoꝛ mũ di deus: miserere nobis Qui de virgine maria incarnari voluisti miserere nobis. Qui sanguine tuo pꝛecioso nos a peccatis abluisti miserere nobis. Qui surgẽs a moꝛtuis in celum victoꝛ ascendisti: miserere nobis.

¶ Oꝛatio ad spiritum sanctum.



Kyrie eleyson. Spiritus sancte deus miserere nobis. Qui in columbe specie super chꝛistũ ascendisti miserere nobis. Qui super apostolos in igneis linguis apparuisti: miserere nobis. Qui coꝛda victoꝛũ tua gratia cõfirmas miserere nobis. Pater noster Aue maria. ¶ Oꝛatio ad sanctam trinitatem.



SAncta trinitas vnus deꝰ miserere nobis. O beata et benedicta ⁊ gloꝛiosa trinitas/miserere nobis. O sacra summa et sempiterna trinitas/miserere nobis. O amabilis/laudabilis et ineffabilis trinitas: miserere nobis. O vera gloꝛiosa ⁊ ineffabilis trina ⁊ vna deitas summa ⁊ incõparabilis bonitas et eterna et suauissima trium personaꝝ

indiuisa maiestas. O pater bone. O fili pie. O spiritus paraclyte. O lumen indeficiens vnus deus: cuius opus vita: cuius amor gratia: cuius contemplatio gloria omniū sanctorum Te dñe inuoco / te adoro: te toto cordis affectu nunc et in seculum benedico. Alpha et o agyos emanuel Sancte deus: sancte fortis: sancte & immortalis miserere nobis. Memento mei deus meus in bonū: et da propitius veniam ne pereat opus manuum tuarū. Tu es enim creator meus: tu es spes mea: tu salutare meum domine: ex quo omnia per quē omnia / in quo oīa / tibi gloria in secula. Amē. Pater noster. Aue maria.

Oratio ad sanctam virginem mariam.



Sancta maria mater dei ora pro nobis. Sancta maria regina celi: ora pro nobis. Sancta maria dña angelorum: ora pro nobis. Sancta maria laus omniū sanctorū ora pro nobis. Sancta maria refugium miserorum: ora pro nobis. O clemens / o benigna domina / sancta & incomparabilis virgo maria: pulchra vt luna / electa vt sol: demonibus terribilis / hominibus amabilis / porta paradisi / mater iesu christi. Te dominam inuoco peccator vel peccatrix: & facinerosus vel facinorosa

ne me despicias: qui soles omnibus misereri. Tu es enim gratia plena: dulcis clemens virgo fecunda: et inter mulieres semper benedicta: que thronum regalem ideo conscendisti vt sis aduocata peccantibus. Et vere domina ego ex illis sum: nam et vita mea manifestū me facit. Rogo ergo te venerāda rerum omnium imperatrix et potens regina per illa beata vbera que lactauerunt puerum iesum per tuū quoq; gaudiū ineffabile quo creaturis omnibus prelata esse meruisti: ne me derelinquas sine adiutorio: sed nūc et in hora mortis mee sicut scis & vis me miserū vel miseram consolare: vt te sequens patronam regnū filij tui percipiā. Qui viuit & regnat deus Per oīnia secula seculorū. Amē. Pater nr̄. Aue maria gratia. ¶ Oratio ad sanctos angelos.

OMnes sancti beatorum ordines orate pro nobis. O felices incole patrie celestis spiritus immortales: astra matutina: rectores orbis amatores hominum: et summi ministri diuine voluntatis: qui de pestifero drachone potēter triumphantes: ipso corruēte manetis in gloriam perpetue felicitatis / vos inq̄ deprecor vt me vestre gratie conseruū vel conseruā ab hostiū incursu pijssime protegentes misero vel misere morienti cōsolatores adesse dignemini: ne

spiritum in angustijs herentē violenter oppri-
mat turba malignorum / sed ex omni parte ve-
stro fultus vel fulta presidio finaliter requiel-
cat in deo salutari. Cui est honor et gloria & im
perium in secula seculorū. Amē. Pater noster.
Aue. ¶Oō ad sanctos patriarchas & prophe.
OMnes sancti patriarche & prophete orate
pro nobis O sacratissimi patres et deo ca
ri quorū fides fortis erat & vita probatissima.
Succurre mihi misero petōri vel misere pecca
trici vestris gloriosis precibus impetrantes mi
hi veniam omniū delictorum meorum / vt cō
sors huius mortalis vite mihi finem dederit /
vestro frui merear beato consortio. Per eum in
quem speraſtis & credidiſtis iesum christum sal
uatorem nostrum. Amen. Pater noster. Aue
maria. ¶Oratio ad sanctos innocentes.
OMnes sancti innocentes orate pro nobis.
O beati pueri: flores mundicie / gemme
celestes / consortes agni immaculati qui tollit
peccata mundi: respicite famulū vel famulam
sanctitatis vestre: et ostendite super me vestra
tenerrima precordia pietatis: vt vobis intercē-
dentibus cū pura cōscientia domino presentat⁹
vel presentata merear vobiscū laudare domi-
num iesum christū in secula seculorum. Amen.

Pater noster. Aue maria gratia. ¶ Oratio ad sanctos apostolos et discipulos domini.

OMnes sancti apostoli & electi discipuli domini: orate pro nobis. O venerandi patres ecclesie fidei christiane doctores et mundi luminaria: quorum predicationibus miraculis et exemplis christi nomen glorioſum magnificatum est in gentibus. Per ipsum vos deprecor quē tanto feruore dilexistis et secuti estis me gratioſe soluentes a vinculis peccatorum perducatis ad patriā ciuiū supernorū: prestante deo. Qui viuit et regnat in secula seculorum. Amē; Pater nr̄ Aue ma. ¶ Oratio de martyribus.

OMnes sancti martyres: orate pro nobis. O fortissimi milites christi princeps et duces exercitus domine: quorum vita mirabilis erat et mors speciosa: per illam charitatem insuperabilem vos deprecor qua deo coniuncti estis: ne me patiamini perire in peccatis meis/ sed in omni necessitate atq; periculo sitis mihi aduocati et defensores: vt passionum vestrarum interuenientibus meritis particeps esse valeam eterne felicitatis. Quod ipse prestare dignetur qui vester amor est / vita salus/ et premium ielus christus dominus noster. Amen. Pater noster. Aue ma. ¶ Oratio de cōfessoribus.

OMnes sancti confessores: orate pro nobis
O patres precipui flores ecclesie: specula
virtutum: imitatores christi et tabernacula spi
ritus sancti: in quorū mentibus abundauit cha
ritas: in verbis veritas: in actibus pietas / cum
omni morum honestate refloruit. Ecce ad vos
confugio miserrimus ego peccator et indignus
vel miserrima ego peccatrix et indigna vestrā
clementiam humilibus interpellans: vt mihi
vestris precibus impetrare dignemini: grati=
am vere penitendi / in bono perseuerandi / et
ad vestrum consortium gloriosum finaliter per
ueniendi / prestante domino nostro iesu chri=
sto. Qui viuit et regnat deus in secula seculo=
rum. Amen. Pater noster. Aue maria gratia.

¶ Oratio de sanctis virginibus.

OMnes sancte virgines et matrone: orate
pro nobis. O sacratissime mulieres chri=
sti sponse: matres et filie propter amorem et vo
bis innatam gratissimam pietatem miseremi=
ni mei peccatoris vel peccatricis et lapsum car=
nis fragilis benigna compassione recolentes /
impetrate mihi a domino iesu dilecto vestro / &
saluatore meo delictorum veniam vite mundi=
ciam et gloriam in futuro. Amen. Pater no=
ster. Aue ma. ¶ Oratio de omnibus sanctis.

OMnes sancti: orate pro nobis. Omitissime deus creator omnipotēs qui es trinus et vnus simmus et immensus: cuius vultu cuncta regūtur imperio: miserere peccatoribus parce delinquentibus: indulge supplicantibus nō nēa delicta sed sctōrum tuorū merita benignus attende respice domine virginitatem et humilitatē marie tibi predilecte: perseuerantiam angelorum/ fidem patriarcharum/ spem prophetarum/ labores apostolorum/ sanguinem martyrum. studia doctorum/ zelum confessorum/ lachrymas penitentium/ munditiam virginū/ castitatem matronarum/ et tibi placitū decorem innocentium. His igitur interuenientibus propitiare miseris peccatoribus misericordissime deus et salutarem penitētiam nobis inspira: ne vnq̄ nos opprimat delectatio noxia vel consuetudo peruersa: sed tui potius amoris dulcedinem pregustantes/ et in obsequijs tuis perseuerantes: vt in aduentu magno tremendi iudicij vigiles inueniamur: et cum sanctis et electis tuis beate vite portionem propere mereamur. Per eundem christum dominum nostrum: qui viuit et regnat in secula seculorū. Amen. Pater noster. Aue maria gratia plena.

¶ For women in trauelynge or childe Psalm⁹

Beatus vir qui non abijt in cõsilio impiorum/ & in via peccatorum non stetit: et in cathedra pestilentie non sedit.
Sed in lege domini voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanq̃ lignum quod plãtatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet: et omnia quecunq̃ faciet prosperabuntur.
Non sic impij non sic: sed tanq̃ puluis quem proijcit ventus a facie terre.
Ideo non resurgunt impij in iudicio: neq̃ peccatores in consilio iustorum.
Quoniam nouit dominus viam iustorum: et iter impiorum peribit:
Gloria patri et filio. Sicut erat in principio et.
✠Maria peperit christum ✠Anna mariã ✠elizabeth iohannem ✠cecilia remigiũ ✠Sic me feliciter parere concedat omnipotens deus in perfecto maturitatis tempore. Amen.
¶A deuote inuocation and prayer of all the blessed namen of our lorde ielu crist as wefynde thayr in writtyn in holy scripture. Oratio.
Omnipotẽs dñs ✠christus ✠messias ✠Sother ✠emanuel ✠sabaoth ✠ado=

nay. ✠ vnigenitus ✠ via ✠ vita ✠ mans ✠ homo ✠ vyon ✠ saluator ✠ alpha ✠ et oo. ✠ fons ✠ origo ✠ spes ✠ fides ✠ charitas. ✠ oza ✠ agnus ✠ ouis ✠ vitulus ✠ serpens ✠ aries ✠ leo ✠ vermis ✠ primus ✠ nouissimus ✠ rex ✠ pater ✠ filius ✠ spiritus sanctus ✠ ego sum ✠ qui sum ✠ creator ✠ eternus ✠ redemptor ✠ trinitas ✠ vnitas ✠ clemẽs ✠ caput ✠ otheotecos ✠ tetragrammaton. ✠ Ista nomina te protegant & defendant ab omni aduersitate / plaga / & infirmitate anime et corporis plene liberent / & assistent mihi in auxilium. Ista nomina regum videlicet Jaspar Melchior Balthazar. Et duodecim apostoli dñi nostri iesu christi quorum nomina sunt hec. Petrus / Paulus / Andreas / Jacobus / Philippus / Jacobus / Symõ / Thadeus / Thomas Bartholomeus Et quatuor euangeliste quorũ nomina sunt hec Marcus / Matheus / Lucas / Johannes / mihi assistant in omnibus necessitatibus meis / ac me defendãt ac liberẽt ab oñibus periculis / tentationib⁹ / & angustijs corporis & aĩe & ab vniuersis malis presentib⁹ preteritis & futuris me custodiãt nunc & in euũ. Amẽ.

O dñe iesu christe in tuã protectionem me indignum famulum tuũ vel famulã tuã

N.hodie et oñi tempoze cõmitto in protectiõe angelozũ ⁊ archangelozũ ⁊ in protectione apostolozũ/prophetarũ/martyzũ/confessozũ ⁊ virginũ:⁊ in protectionẽ omniũ sanctozũ tuozũ: tali commissione qua cõmisisti sanctã virginẽ mariã matrem tuã sancto iohãni euãgeliste in cruce taliter me indignũ famulũ tuũ vel famulam tuã. N. hodie ⁊ oñi tempoze custodire/benedicere protegere/⁊ saluare digneris: a subitanea ⁊ improuisa moꝛte ⁊ ab oñi fantasmate diabolico: ⁊ ab omnibus hostibus meis visibilibus ⁊ invisibilibus. Amen. Pater noster. Aue maria Credo in. ¶ Oratio de beata maria virgine.



O Glozioslissima/o optima/o sacratissima virgo maria. Ego miser peccatoꝛ vel misera peccatrix/ ab oñi pene adiutoꝛio destitutus vel destituta humano: immẽsam clemẽtiam tuam tota coꝛdis intẽtione imploꝛo: quatenus mihi indigno famulo tuo vel indigne famule tue. N. per illam summam letitiam/quã tibi sacratissimus gabꝛiel archangelus nunciauit q̃ ex tuis sacris visceribus chꝛistum filium dei generare meruisti/et per illud plenum et ineffabile gaudium quo letificata est anima tua/quando idem filius tuus dominus

noſter ieſus chriſtus aduenies te ad ethereum aſſumpſit thalamū: vt cum apoſtolo tuo iohanne ⁊ cū omnibus ſanctis ſis mihi in adiutorium conſolationem / ⁊ protectionem in omnibus huius vite periculis / et in omnibus neceſſitatibus meis tam anime ꝙ corporis / non ſecundum merita mea: ſed ſecundum magnā miſericordiam tuam. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum: Qui cum deo patre et ſpiritu ſctō viuit et regnat deus. Per. Pater noſter. Aue.

¶ Oratio contra tonitrua et tempeſtates.

Titulus triūphalis Jeſus nazarenus rex iudeorum. Chriſtus vincit: chriſtus regnat: chriſtus nos benedicat: et ab omni tonitruo / tempeſtate et ab omni malo liberet et defendat. Amē Ecce ✠ crucem domini: fugite partes aduerſe: vicit leo de tribu iuda radix dauid alleluya. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. Oremꝰ.

Omnipotens ſempiterne deus: parce metuentibus: vt poſt noxios ignes nubium vimq; procellarū: in materiam tue laūdis tranſeat tue comminatio poteſtatis. Per chriſtum dñm uoſtrum. Amen. Pater noſter. Aue ma.

¶ Si quis iſtam orationem ſequentem deuote frequentando dixerit quicquid debite ⁊ iuſte pe

tierit/obtinebit.Añ̃a. Sancti per fidem vicerũt regna: operati sunt iustitiam adepti sunt promissiones.℣. Exultent iusti in cõspectu dei ℟m. Et delectentur in leticia. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui sanctorum tuorum dionisij/georgij:christophori/blasij/egidij/anthonij/eutropij:panthaleonis/liuini/eustachij/leonardi/nichasij/atq; cirici/sanctarum virginum et matronũ suarum katherine/margarete/barbare/marthe:honorine/dorothee/Wenefrede/christine/fredeswide/atq; iulite/et decem milia martyrum/et vndecim milia virginũ patrocinia inuocantibus tuum in angustijs promisisti succursum: tribue nobis quesumus eorũ intercessione salutarẽ nostre petitionis effectũ: ⁊ auxiliũ in cũctis necessitatibus oportunũ.Per christũ dñm no.Amen. Pater:noster.Aue ma. ¶The prayer of Loth Jacob/et Moyses/for them that haue taken ony newe grete thinge vpon thaym that thei wolde haue brought to good ende. Pater.Aue

¶Oratio prima legislatoris. Exodi.xxxiiij.

Dominator domine deus misericors et clemens patiens et multe miserationis et verax/qui custodis misericordiam in milia/et aufers iniquitatem et scelera atq; peccata/nul-

tuſq; apud te per ſe innocens eſt. Sed nunc domine ſi inueni gratiam in cõſpectu tuo/obſecro vt gradiaris nobiſcum. Scio enim q; populus dure ceruicis ſit: tu tamẽ aufer iniquitates atq; peccata noſq; poſſideas. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inuenille nos gratiam in conſpectu tuo/niſi ambulaueris nobiſcum vt gloꝛificemur ab omnibus populis qui habitãt ſuper terram: tu enim dixiſti ſeruo tuo moyſi q; verbum iſtud eis faceres Cur ergo domine iraſcitur furoꝛ tuus contra populum tuum quem eduxiſti de terra egypti in foꝛtitudine magna et manu robuſta ne queſo dicant egyptij: callide eduxit eos vt interficeret in montibus/et deleret e trrra. Quieſcat ira tua et eſto placabilis ſuper nequitiam populi tui. Recoꝛdare abꝛaham/ yſaac/et iacob/quibus iuraſti dare terram fluentem lac et mel. Et ſi inueni gratiam in oculis tuis/ne tranſeas ſeruum tuum ſed ẽxaudi oꝛationem meam/et obſecro ne declines te a puero tuo/ſed mane mecum ne deſeras ſeruum tuum. Et quem quidem perditum ad tuũ cultũ vocaſti: ipſum perire ne patiaris Tu dñe qui dixiſti reuertere in terrã tuã: et in locũ natiuitatis tue & benefaciã tibi Pꝛofiteoꝛ coꝛam te hodie: q; munoꝛ ſum cunctis miſeratio

nibus tuis et veritate tua: quam expleſti ſermo
tuo. Nunc queſo erue me de manu inimicorum
meorum: quia valde eos timeo: ne forte ſubito
irruant in me et percutiant et deleant me de ter
ra viuentium. Queſo domine mi vt inueniat
ſeruus tuus gratiam nunc in conſpectu tuo: et
magnifica miſericordiam tuam mecum: vt glo
rificem nomen tuum nunc & ineternū. Amen.
¶Thys prayer foloWynge ys to thanke god
of thys gratyous gyftes: ſent to hous and tho
alſo merci and grace to kepe them cōtynualy.
Pſ. Aue. ¶Oratio moyſi & populi. Exodi. xv
HOrtitudo mea & laus mea dominus: et
factus eſt mihi in ſalutē. Iſte deus me=
us et glorificabo eum: deus patris mei et exal=
tabo eum Quis ſimilis eſt tui in fortibus domi
ne. Quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate/
terribilis atq; laudabilis/ et faciens mirabilia.
Dux fuiſti in miſericordia populo tuo quem re=
demiſti. Eleazar. Geneſis. xxiiij. Benedictus
dominus deus qui non abſtuliſti miſericordiā
et veritatem tuam a me: et recto itinere me per
duxiſti. Benedictus dominus qui liberaſti me
de manu inimicorū meorū Nunc vere cognoui
q inueni gratiā in oculis tuis: & q magnus eſt
dñs ſuper oñes deos. Nūeri. vj. Benedicto

Benedic igitur & nūc mihi & custodi me ostende mihi dñe faciē tuā & miserere mei. Conuertere dñe vultū tuū ad me: & da mihi pacē. ℭ Thys prayer ys for thaym that haue labourr in temptatyon or haue any other dyssease with gouernaunte of the people Josue. lxxiij. Pē. Aue

ℭ Oratio Josue ducis populi. Numeri. xvj.

Optissime deus spiritū vniuerse carnis vnde vno peccante cōtra omnes tua ira deseuiet. Heu domine deus quid voluisti traducere populum istum de multis tribulationibus et periculis: vt nunc traderes in manus inimicorum et perderes. Mi domine deus quid dicā videns populum tuum hostibus suis terga vertentem: videbunt ipsi ac omnes alij aduersarij conglobati circundabunt nos / et delebunt nomen nostrum de terra. Et quid facies magno nomini tuo. Scimus domine quia peccauimus et dereliquimus te deum nostrum. Peccauim? redde nobis quicquid tibi placet: tantum nunc libera nos. Surge domine et dissipentur inimici nostri: et fugiant qui oderunt te a facie tua Recordare domine nostri et reuertere ad multitudinem exercitus nostri. Cur domine affluxisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te: et cur imposuisti pondus vniuer-

ſi populi huius ſuper me. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinē vel genui eam: vt dicas mihi / porta eos in ſinu tuo: ſicut portare ſolet nutrix infantulum / et defer in terram pro qua iurasti patribus eorum. Unde mihi dñe tā ta virtus et tanta multitudo Quamobrem domine deus audi clamorē meū & orationem populi huius: & aperi eis thesaurum misericordie tue: gratiam tuam fontem aque viue. Et da in manu serui tui hanc virtutem magnam & gratiam: vt populus tuus in via tua ad te deduci valeat. Domine deus qui ductor noster es pro nobis ipse pugna. ſicut feciſti videntibus cūctis in ſolitudine. Niſi tu domine adiuues nos / certe quia in angustia morior cademusq; in conſpectu tuo / incidemusq; in manus inimicorum: ſed tu domine deus patrum nostrorum fac nobiſcum ſecundū misericordiā tuam: & adde ad hunc numerū populi tui multa milia: et benedic nobis ſicut locutus es. Amen. ¶ Thys prayer ys to thanke god of his giftes aſkynge them tho be contynued in vs and in al his people Pater noſter. Ane maria ¶ Oratio daui. ij. Regū. vij.

QUis ego domine deus: & que domꝰ mea quia adduxiſti me huc usq;: Sed hoc viſum eſt in cōſpectu tuo domine deus meus vt &

tam loquereris in domo serui tui in longinqua
Ista enim lex ade domine deus meus: quid ergo addere poterit adhuc enim vt seruus tuus
N. loquatur ad te. Tu enim scis seruum tuum domine deus meus propter nomen tuum et secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hec/ ita vt notū faceres seruo tuo. Idcirco propter hec tua magnalia que facis seruis tuis: magnificatus es domine deus/ quia non est similis tui nec est deus extra te in oñibus que audiuim⁹ auribus nostris: que est autem vt populus vester gens in terra propter quam iuit deus vt redimeret eam sibi/ vt esset sibi in populum et eriperet de manu et seruitute omniū inimicorum suorum: poneretq; in eis nomen suum: faceretq; eis magnalia et horribilia super terram a facie populi quem redemisti ex egypto. Et firmasti tibi populum peculiarem in sempiternum: et tu domine factus es eis in deum. Nunc ergo dñe deus verbum quod locutus es super seruū tuū & super domum eius suscita in sempiterū: & fac sicut locutus es & magnificetur nomen tuū in eternum: atq; dicaris dominus exercituū deus noster. Amen. ¶ Thys prayers ys for a soule saine in to synne as well of grete estate as of lowe Where forthy he or the people be punysshed

topurthes grace there of Pater noster. Aue.

Oratio dauid et ezechie ℟ aliorũ. Regũ. xix

Domine deus rex israel/ qui sedes super cherubin tu es solus deus omniũ regum terre: tu fecisti celum et terram Inclina aurem tuã et aperi oculos tuos: et vide tribulationem nostram et confessionem meam. Et attende domine quia omnes sicut oues errauim⁹: dẽs morimur et quasi aque dilabimur que nõ reuertetur. Tu domine considera et ne permittas me perire: quia clemens et misericors es/ ℟ non vis perire animam/ sed retractas: cogitãs ne penitus pereat qui abiectus est: peccaui dñe in hoc facto. Sed p̃co⁹ domine vt transferas iniquitatem serui tui/ quia stulte egi: et nunc coarto⁹ nimis sed melius est mihi/ vt incidã in manus domini: quia multe misericordie eius sunt/ q̃ in manus hominis ego sum qui peccaui / ego iniqueque egi: isti qui oues sunt quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me: et contra domũ patris mei: ℟ ne reputes mihi iniquitatem hanc/ neq; memineris offensarum serui tui: nec ponas dñe in cor̃de tuo mala mea: agnosco ego seruus tuus peccatũ meum. Sed p̃opitius esto mihi et saluum me fac et populum tuũ de manu inimicorum vt sciãt omnes: quia tu es deus

solus liberator noster. Amen. ¶ Thys ye the prayer of the synfull kyng manasses that shed the blood of innocentes et of prophetis/ et dide many oter hymnes as scripture wytnesseth more than ony other that was a fore hym or after folowynge reuynge. And yet after all thys he besongh god of mercy enty erly et dide penaunce et obtenid marci.ij. Paralipomenon vltimo Patter noster. Aue maria. ¶ Oratio deuota Manasses regis filij regis Ezechie.

DOmine deꝰ omnipotēs patrū nrōꝝ abra ham/ ysaac/ et iacob/ et semini eoꝝ iusto qui fecisti celū et terrā cū oīni ornatu eoꝝ: qui signasti mare vbo precepti tui: qui cōclusisti abyssum et signasti terribili ⁊ laudabili nomini tuo qđ oēs pauēt ⁊ tremūt a vultu virtutis tue ⁊ insustētabilis ira tua sup̄ petōres ꝛminatiōis tue immensa: vera et inuestigabilis mīa promissionis tue: qm̄ tu es dns altissimus sup̄ oēm terrā lōganim⁹ ⁊ multū misericors ⁊ penitēs sup̄ malicias hoim Tu autē dne scōm bonitatē tuā promisisti penitentiā remissionis petōꝝ. Et tu deꝰ iustoꝝ nō posuisti penitētiā iustis abrahā ysaac et iacob his qui tibi nō peccauerūt: qm̄ peccaui sup̄ numerū arene maris Multiplicate sunt iniquitates mee: incuruat⁹ multo vinculo ferrei:et

nō est respiratio mihi: qa exercitau tractidiā tuā et malū coꝝam te feci statuēs obominationes et multiplicās offensiones. Et nunc flecto genua coꝝdis mei pꝛecans a te bonitatem: dñe peccaui et iniquitatem meā agnosco. Peto rogās te domine remitte mihi ne simul perdas me cum iniquitatibus meis neqꝫ in eternū reserues mala mihi: quia indignū saluabis me secundū miseri coꝝdiam tuā / et laudabo te omnibus diebus vite mee: quoniā te laudat omnis virtus celoꝝum et tibi gloꝛia in secula seculoꝝum. Amen. Pater noster. Aue maria gratia. ¶ Thys pꝛayer is foꝛ ony that falleth in disclaunder / repꝛefe / oꝛ ony maner of tribulations as the blessyd Thobie et Sara raguelis doughter were / delyuered graciously thꝛoWgh god et hys pꝛayer Pater noster. Aue maria. ¶ Oꝛatio Thobie senioꝛis et Sare filie Raguelis. Thobie.iij.

IUstus es dñe et oīa iudicia tua iusta sunt et omnes vie tue misericoꝝdia: et veritas et iudicium. Benedictū sit nomen tuū deus patrum nostroꝝū qui cum iratus fueris misericoꝝdiam facis: et in tpe tribulationis pctā dimittis his qui inuocant te. Igitur ad te dñe faciē meā conuerto: et ad te oculos meos conuerto'. Peto domīe vt a vinculo mꝛoperij huius absoluas

me:aut certe desuper terram eripias me. Non enim in potestate hominū est tuum consilium/ hoc autē p̄o certo habet omnis qui colit te quia vita eius si in p̄obatione fuerit coronabitur: si autē in tribulatione fuerit liberabitur. Et si in corruptione fuerit: ad misericordiam tuā peruenire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatē tranquillum facis:et post lachrymationē & fletum/exultationem infundis. Et nūc domine memor esto mei et ne vindictā sumas de peccatis meis: neq; reminiscaris delicta mea vel parentū meorū:quoniam non obediuimus p̄ceptis tuis:et traditi sumus in direptionem et captiuitatem/ et mortem/ et fabulam et improperiū omnibus nationibus in quibus asperisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua sunt: quia nō egimus secundum p̄cepta tua:et non ambulauimus sinceriter coram te. Et nunc domine secundū voluntatem tuam fac mecū et p̄cipe in pace recipi spiritum meum:expedit enim mihi mori magis ꝙ viuere:et spero in te ꝙ in misericordia tua magna recordaberis mei:et subleuabis de corruptione vitam meam: vt laudem et glorificem te in secula seculorum. Amen. ¶ Thys p̄ayer is to thanke god of delyueraunce out of tribulatyon

or dyſclaunder reproſe or other dyſe a ſeet that alſo he ys brought by goddes helpe / to moche confort grace et peas as te elder Thobye Was Thobye.xiij. Pater noſter. Aue maria.

¶ Dño Thobye ſenioris deo regratiatoria.

MAgnus es domine in eternũ et in omnia ſecula regnũ tuũ: quoniã tu flagellas et ſaluas et deducis ad inferos et reducis: et non eſt qui effugiat manum tuam. Confitemini domino omnes filij dei: et in conſpectu gentium laudate eum: quoniã in tribulationẽ miſit nos / vt narrẽtur mirabilia eius per nos vt ſcianus etiam nos quoniã nõ eſt alius deus omnipotẽs preter eum. Ipſe caſtigaunt nos propter iniquitates noſtras: et ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. Aſpicite ergo que fecit nobiſcũ et cũ timore et tremore confitemini illi. Regẽq ſeculorũ exaltate in operibus veſtris. Ego autem in terra captiuitatis mee confitebor illi: qui oſtendit poteſtatẽ ſuã in gentẽ peccatricẽ. Conuertimini itaq peccatores et facite iuſtitiam coram deo credẽtes q faciet nobiſcũ miſericordiam ſuã. Ego autẽ et aĩa mea in eo letabimur: benedicite dño omnes electi eius: agite dies letitie et confitemini illi. Cõfitebor dño in bonis ſuis et benedicã deũ ſeculorũ: vt reedificet in me

tabernaculum suum / et gaudeam in oia secula seculoꝝ. Beati omnes qui diligunt me ⁊ qui gaudent super pacem meam. Anima mea semper benedic dominum: quoniam liberauit animã meã a cunctis tribulationibus suis. Amen

¶ Thys prayer ys for thaym that entende to be maried / or be ne be maried tho pray tho god that tey may loue togider: singulyerly and fynally to bringe forth fruyte bet Wirth them to as the yonger Thobie dide et Sara his Wyfe. Thobie. viij. iiij. ix. Pater noster. Aue maria.

¶ Dño Thobie iunioꝝ et Sare vxoꝝis eius.

O Omine deus patrum nostroꝝum benedicant te celi ⁊ terra mare ⁊ fontes et flumina ⁊ omnes creature tue que in eis sunt. Tu fecisti adam de limo terre / dedisti q̃ ei adiutoꝝium euam. Et nunc domine tu scis quia non luxurie causa accipio virum: sed sola posteritatis dilectione et cõtinentie. In qua benedicatur nomen tuum in secula seculoꝝum. Et benedicim⁹ te deum celi: quia fecisti nobiscum misericordiã et exclusisti a nobis inimicũ persequentem. Miserere nobis dñe miserere nobis semper ⁊ conse nescamus ambo pariter sani et salui. Miserere nobis duobus vnicis: et fac nos domine mi tibi benedicere / et sacrificium laudis et nostre suaui

tatis tibi offerre. Et benedictio tua sit semper super nos/et super parentes nostros: et ipse deus benignus coniũgat nos & in sua virtute multiplicet: vt simul videamus filios nostros et filiorum nostrorũ vsq; in tertiam generationem et sit semen nostrum benedictum a deo nostro sancto: vt cognoscat vniuersitas gentium quia tu es deus solus in vniuersa terra qui ès benedictus in secula seculorũ. Amen. Pater noster. Aue maria. ¶ Thys prayer ys to thanke god of victorye of enemys. Pater noster. Aue maria. ¶ Oratio Judith. xiij. ij. xvj. Capitulis.

LAudate dominũ deum nostrũ quonã nõ deseruit sperantes in se/et in me ancillam suam adimpleuit suam misericordiã/quã promisit et deiecit in manu sua forti hostem meum. Jubilate domino ergo in tympanis/cantate deo in cymbalis: modulamini illi psalmũ nouum. Exultate & inuocate nomen eius dominus conterens bella/dominus nomen est illi. Qui posuit habitaculum in medio populi sui/vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum: dominus omnipotens nocuit eis et tradidit eos in manu nr̃as & confudit eos hymnum igitur cantemus dño nr̃o adonay: dñe de magnus es tu & preclarus in virtute/et quẽ su-

perare nemo potest: tibi seruit omnis creatura: quia dixisti et facta sunt: misisti spiritū tuum et creata sunt: ⁊ non est qui resistat voci tue. Mon tes a fundamentis mouebītur cū aquis: petre sicut cera liquescent ante faciem tuam: qui auū timent te magnū apud te per omnia: vt gēti in surgēti super seruos tuos: dns enim omnipotēs vindicabit in eis: et in die iudicij visitabit illos: dabit enim ignē et vermes in carnes eorum: vt vrantur et sentiant vlq; in eternū. ¶ Thys pra ier ys for thaym that haue sikenes or aduersite to thāke god and to praye al the dayes of theyr lyfe to make satisfaction for theyr synnes. Pa- ter noster. Aue maria gratia. ¶ Oratio sancti Job in tempore tue probationis.

PArce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Vlq; quo non parcis mihi. Peccaui Quid faciam tibi o custos hominum. Cur nō tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meā. Ecce nūc in puluere dormio: de us meus noli me condemnare. Memento que- so q; sicut lutū feceris me: et in puluerē reduces me. Et sicut vitā et misericordiā tribuisti mihi; ita visitatio tua custodiuit spiritū meū. Et quā tas habeo iniq̄tates et peccata: sceleraq; mea atq; delicta ostēde mihi. Cur faciem tuā abscondis:

et arbitraris me inimicū tuum: Contra folii quod vento rapitur ostendis potentiā tuā et sti pulam siccam persequeris Scribis enim contra me amaritudines: et cōsumere me vis peccatis adolescentie mee. Libera me dñe et pone me iuxta te: et cuiuslibet manus pugnet cōtra me. Et dimitte me vt plangā paululum dolorem meū antequ vadam ad terram tenebrosam et opertā mortis caligine. Quia si occideris me sperabo in te: et donec deficiam non reddam de te: et viam tuam quam cepi tenere non deseram: et nūc operi manuum tuarum porriges dexteram: sed parce peccatis meis.

¶ Thys prayer is for thaym that wyl prayse god: both of his goodnes: and also of his right wynesse and for toalke tymes of repentaunce. Pater noster. Aue maria gratia plena.

¶ Oratio regis Salomonis.

O quā bonus et suauis est dñe spiritus tuus in nobis. Miserere omniū quia omnia potes: qui dissimulas peccata hominum / propter potentiam: diligis enim omnia que sunt: et nihil odisti eorum que fecisti: parcis autem omnibus quoniam tua sunt dñe: qui amas animas et eas que exeunt a partibus corporis et de quibus peccant admones et alloqueris vt relicta ma-

litia credãt ⁊ permaneãt in te dñe. Obstinatos odiẽs exhorruisti: penitentib⁹ tanq̃ hominibus pepercisti: partib⁹ iudicãs das locũ penitentie/ nõ ignorãs infirmitatẽ carnis nr̃e. Etenĩ si peccauerim⁹: tui sumus sciẽtes magnitudinẽ tuã. Et si non peccauerimus: scimus qm̃ apud te sumus cõputati. Tu autẽ dñe deus noster suauis ac verus es: patiẽs et in mia disponẽs oĩa et ob hoc q̃ oĩm deus es oĩbus parcere facis: tui cura est de nobis omnibus: virtutem magnitudinis tue super nos ostende: tu qui nõ crederis in virtute esse consummatus. Tu qui vite et mortis habes potestatem: et deducis ad portas mortis et reducis. Tu autẽ dominator virtutũ qui cũ tranquillitate iudicas: qui cũ magna reuerẽtia disponis nos. Subest enim tibi cum volueris posse facere nos filios tuos esse. Etiam tu qui iudicas / da nobis locum penitentie. Et in hoc ostendes inimicis nostris: quia tu es qui liberes nos et magnificas populum tuum: et honorasti et non despexisti populũ tuum / in omni tempore et in omni loco assistens eis. Amen

¶ Thys prayer is for them tat be weyrd with sondry vyces: et namely with the synne of lechery: et de syre grace to with stande them. Pater noster. Aue maria. Dño Jesus filij syrak.

DOmine pater/& dominator vite mee: ne derelinquas me in cogitatu & in consilio inimicorū nec sinas me cadere in vlla exprobratione: nec dñe adincrescant ignorantie mee: et multiplicētur delicta mea/et peccata mea abundent/& incidāt in conspectu aduersariorū meorum/& gaudeant oñes inimici mei. Sed tu domine pater et dē vite mee/ne derelinquas me in cogitatu illorū: extollentiā oculorū & oñe desideriū prauū auerte a me. Auer a me ventris concupiscentias et concubitus concupiscentie/ ne apprehendant me: et animo irreuerenti et infrunito/ne tradas me: diuitias et paupertates ne dederis mihi ne forte satiatus: euomam illas vel necessitate compulsus periurem nomen dei mei: cui sit honor et gratiarum actio in secula seculorum. Amen. ¶Thys prayer is for them that be malycyously accused: et in gret daunger and dysease/yet lete them euer hope & trust in god to be delyeured as Susan the true Wyfe was by thys prayer. Pater noster. Aue maria gratia ple. Credo ¶Oratio Susanne. xiij.

DEus eterne qui absconditorum cognitor es qui nouisti omnia antēq̄ fiant: tu scis quoniam falsum contra me tulerunt testimonium En domine mortior cum nihil horum fece

rim que illi malitiose composuerunt adversum me. Sed nunc tu dñe deus adiuua me in hac hora vt benedicã te deum viuum: qui saluas sperantes in te: ⁊ nũc queso si non tollis hoc opprobrium ⁊ hanc angustiã tolle aiam meam a me/ quia melior est mihi mors ꝙ vita si tibi placeat deus meus. Amẽ. Pater. Aue. ¶ Thys praiers is for thaym that stande in dysease et distresse vnlyky to be delyuered et yet lete thaym trust tho delyueret annd tho come out of theyr vexasion. Jhebardi as Jonas that was caste in to the depnes of te see: trusted yet in te gret godnes of god to be saued et to prayse hym ther fore i his tẽple ⁊ soyt was Jone. j. Pẽ. Aue ¶ Oratione prophete in vẽtre ceti ⁊ in profũdo maris.

CLamaui de tribulatione mea ad dominum ⁊ exaudiuit me de ventre inferi clamaui ⁊ exaudisti vocẽ meã: proiecisti me in profundum in corde maris: ⁊ flumen circũdedit me Dñes gurgites tui ⁊ fluctus tui super me transierũt: ⁊ ego dixi abiectus sum a conspectu oculorum tuorũ. Verũtamen rursus videbo templũ sctũ tuũ: ⁊ subleuabis de corruptione vitã meã dñe deꝰ meꝰ cũ ãgustiaretur in me aia mea dñe recordatꝰ sum ⁊ sperauit in te: vt veniat ad te oratio mea ad tẽplũ sctũ tuũ. Ego autem in voce

laudis inuocabo te: & quecūq; vouit p salute mea
dño reddā. Scio enī quia tu dñe clemēs & mise-
ricors: patiēs et multe miserationis & ignoscēs
super malicia. Etiā tu dñe saluabis me p̄opter
nomē sanctū tuū. Tibi sit laus et honor ineter-
nū. Amē. ¶This p̄ayer is for thaym that be
Et meditabar in mandatis tuis que dilexi.
Et leuaui manus meas ad mãdata tua que di
lexi: & exercebor in iustificationibus tuis.
Septimus octonarius et septime ogdoadis
spiritualis meditatio.
Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mi
hi spem dedisti.
Hec me cõsolata sunt in humilitate mea: quia
eloquium tuum vinificauit me.
Superbi inique agebant vsquequaq: a lege au=
tem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domi
& consolatus sum.
Defectio tenuit me pro peccatoribus: derelin=
quentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erãt iustificationes tue: in lo
co peregrinationis mee.
Memor fui nocte nominis tui domine: & custo=
diam legem tuam.
Hec facta est mihi: quia iustificationes tuas ex
quisiui. Octauus octonarius / & eius spiri=
tualis speculatio.
Portio mea domine: dixi custodire legem
tuam.
Deprecatus sum faciem tuã in toto corde meo
miserere mei secũdum eloquium tuum.

Cogitaui vias meas & conuerti pedes meos: in testimonia tua.

Paratus sum & non sum turbatus: vt custodiã mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legẽ tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tue.

Particeps ego sum omnium timentium te: et custodientium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Nonus octonarius / & none ogdoadis spiritualis meditatio.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.

Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me quia in mandatis tuis credidi.

Priusq̃ humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus es tu & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborũ ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero

legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.
Bonum mihi lex oris tui: super milia auri & argenti. Decimus octonarius/ & spiritualis eius meditatio.
Manus tue fecerunt me et plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me & letabuntur: quia in verba tua superspraui.
Cognoui domine quia equitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tue & viuam: quia lex tua meditatio mea est.
Confundantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerūt testimonia tua.
Fiat cor meum immatulatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.
Undecimus octonarius / et eius spiritualis meditatio.

DEfecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui.

DEfecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me.

QUia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

QUot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium.

DArrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed nõ vt lex tua.

OMnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me adiuua me.

PAulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

SEcundum misericordiam tuam viuifica me; & custodiã testimonia oris tui. ¶ Duodecimus octonarius / & eius spiritualis cogitatio.

IN eternum domine: verbum tuum permanet in celo.

IN generatione & generationem veritas tua: fundasti terram & permanet.

ORdinatione tua perseuerat dies: quoniã omnia seruiunt tibi.

NIsi q̃ lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea.

IN eternum nõ obliuiscar iustificationes tuas

quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego saluū me fac: quia iustificatiōnes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me testimonia tua intellexi.
Omnis consummationis vidi finem: latū mādatum tuum nimis.

Decimus tertius octonarius / & mystica eius meditatio.

Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentē me fecisti mādato tuo: quia meternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi: quia mādata tua quesiui
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
A iudicijs tuis nō declinaui: quia tu legem posuisti mihi.
Quam dulcia faucibꝰ meis eloquia tua: super mel ori meo.
A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Decimus quartus octonarius / & eius spiritualis meditatio.

LUcerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis.

Iuraui & statui custodire iudicia iustitie tue.

Humiliatus sum vsqz quaqz domĩe: viuifica me secundum verbum tuum.

Uoluntaria oris mei beneplacita fac domine; & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & legẽ tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mãdatis tuis non erraui.

Hereditate acquisiui testimonia tua ineternũ: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclina cor meum ad faciendas iustificatiões tuas ineternum: propter retributionem.

Decimus quintus octonarius / & spiritualis eius contemplatio.

INiquos odio habui & legem tuam dilexi.

Adiutor & susceptor meus es tu: et in verbum tuum suisperaui.

Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum: & viuã & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuua me & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedentes a iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum.
Prevaricantes reputaui: omnes peccatores terre.
Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui.
Decimus sextus octonarius/ & eius spiritualis meditatio.
Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
Suscipe seruum tuum in bonum: nō calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitie tue.
Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.
Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.
Decimus septimus octonarius: & spiritualis eius meditatio.

Mirabilia testimõia tua dñe: ideo scru
tata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: & in
tellectum dat parvulis.

Os meum aperui & attraxi spiritum: quia man
data tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei: secundũ iudicium
diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundũ eloquium tuum
& non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me a calumnijs hominũ: vt custodiã
mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: &
doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei: quia nõ
custodierunt legem tuam.

Decimus octauus octonarius/ & eius spiri
tualis meditatio.

Iustus es dñe: & rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam testimonia tua: & ve
ritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus tuus: quia obliti sunt
verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & ser
uus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemptus: iustifi

cationes tuas non sum oblitus.
Iustitia tua iustitia ineternū: & lex tua veritas
Tribulatio & angustia inuenerūt mē: manda-
ta tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua ineternum: intellectū
da mihi & viuam.
Decimus nonus octonarius / et eius spiritua
lis cogitatio.
Clamaui in toto corde meo exaudi me do
mine: iustificationes tuas requiram.
Clamaui ad te saluum me fac: vt custodiā mā
data tua.
Preueni in maturitate & clamaui: quia in ver-
ba tua superspraui.
Preuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt medi-
tarer eloquia tua.
Vocem meā audi secundū misericordiam tuā
dñe: & secundū iudicū tuum viuifica me.
Appropinquauerunt persequentes me iniqui-
tati: a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu dñe: & omnes vie tue veritas.
Initio cognoui de testimonijs tuis quia ineter
num fundasti ea: Vicesimus octonarius / et
eius spiritualis meditatio.
Vide humilitatē meam & eripe me: quia
legem tuam non sum oblitus.

Iudicia iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordie tue multe domine: secundum iudicium tuum viuifica me.

Multi qui persequuntur me & tribulant me: a testimoniis tuis non declinaui.

Vidi prevaricantes et tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in eternum omnia iudicia iustitie tue.

Vicesimus primus octonarius: et eius spiritualis meditatio.

Principes persecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum.

Letabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitie tue.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum domine: & mãdata tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
Seruaui mãdata tua & testimonia tua: quia omnes vie mee in conspectu tuo. ℂ Vicesimus sextus octonarius: & eius spiritalis contemplatio.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquiũ tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.
Pronũciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.
Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que perijt require seruum tuum dñe quia mandata tua non sum oblitus.
Requiẽ eternã. &c. Kyrie eleyson. Christe eleyson Kyrie eleyson. Pater nr̃. Aue. ℂ Psalmus

cxxxviij. in quo monet a deo non esse fugiendū.

DOmine probasti me & cognouisti me tu cognouisti sessionem meã: et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meã & funiculum meũ inuestigasti.

Et omnes vias meas prouidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce domine tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam

Si ascẽdero in celum tu illic es: si ascendero ad infernum ades.

Si sumpsero penas meas diluculo: et habitauero in extremis maris.

Etenim illic manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

Et dixi forsitan tenebre cõculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebre nõ obscurabũtur a te/ & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de

vtero matris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificat⁹ es mirabilia opera tua: ⁊ anima mea cognoscet nimis.
Non est occultatū os meum a te quod fecisti in occulto: ⁊ substātia mea in inferioribus terre.
Imperfectū meū viderunt oculi tui: ⁊ in libro tuo oēs scribētur dies formabūtur ⁊ nemo i eis
Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū.
Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi ⁊ adhuc sum tecum.
Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate ciuitates suas.
Nonne qui oderunt te dñe oderam: ⁊ super inimicos meos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.
Proba me deus ⁊ scito cor meū: interroga me ⁊ cognosce semitas meas.
Et vide si via iniquitatis in me est: ⁊ deduc me in via eterna. Requiem. Visus. A porta inferi. R. Erue domine animas eorum. Visus. Credo videre bona domini in terra viuentium. Do=

mine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Vbi domie cõmendamus animã famuli tui. N. & animas famulorũ famularũq; tuarũ: vt defuncti seculo tibi viuant: & que per fragilitatẽ mũdane conuersationis peccata admiserunt tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christum dominum nostrum. Amen. Requiescant in pace. Amen. Pater nr. Aue maria. Pius the. iij. pope of rome hath graunted to all them that say thys prayer following for the saluacyon of all christen soulls totiens quotiens a hondreth days of pardon. And also Johannes. the iiij. pope hath graũd as many days of pardõ as ter be bodys of christen people beryed. Pr nr. Aue maria. Oratio.

Miserere domine animabus que singulares apud te non habent intercessores quibus consolatio nõ est in tormentis: neq; spes vlla nisi quod ad imaginem & similitudinem tuã create sunt: que antiquitate vel paupertate aut negligentia in oblitionem parentũ seruorum tuorum tradite sunt: quarum primus/septimus tricesimus aut anniuersarius dies nũcq; celebratur: parce eis domine & defende plasma tuum: libera eas a cruciatu & tormentis: porrige eis de

xteram tuam: ⁊ perduc eas in locum refrigerij lucis et pacis. Per eum qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Pater noster Aue maria. Credo in deum. ¶ Wan ye enter in to the church yarde say thys prayer.

SAluete vos omnes fideles anime quarum corpora hic ⁊ vbicq̃ requiescũt in puluere dominus noster iesus christus qui vos et nos redemit suo pretiosissimo sanguine dignetur vos a penis liberare: ⁊ cetui angelorum aggregare ibicq̃ nostri memores pro nobis supplici ter exorare: vt et vobis associemur: et in celis vobiscũ coronemur. Amẽ. ¶ Wan ye goe on te of the church yarde say thys prayer.

WAlete vos omnes fideles anime que iacetis in gremio terre/longe lateq̃ benedicat vos sol iustitie: et claritate sui luminis vos perfrui faciat sine fine. Amen. Oremus:

RElpice quesumus omnipotens deus: super animas famulorum famularũq̃ tuarum ⁊ omnium fidelium defunctorum: ⁊ omnium christianorum pro quibus saluandis nudus ⁊ expansis manib⁹ in cruce pependisti: ⁊ quinq̃ vulnerã pertulisti: ⁊ amaram mortẽ subire voluisti. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oĩnia secula seculorũ. Amẽ. Pater noster Aue ma Credo.



Dño christi in cruce pẽdẽtis: ꝛ dęscri
ptio passiõis ei⁹: vt ei⁹ assidua illi⁹ me-
ditatiõe patientiã cõparemus. ps. xxj.

Deus deus meꝰ respice in me / quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas laus israel.

In te speraverunt patres nostri: speraverunt & liberasti eos.

Ad te clamaverunt & salui facti sunt: in te speraverunt & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis et nõ homo: opprobrium hominum et abiectio plebis.

Omnes videntes me deriserũt me: locuti sunt labijs & moverunt caput.

Speravit in domiõ eripiat eum: saluum faciat eum quoniam vult eum.

Quoniam tu es deus qui extraxisti me de ventre spes mea ab vberibus matris mee: in te proiectus sum ex vtero.

De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniã non est qui adiuuet.

Circumdederũt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiēs & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tanq̄ cera liquescens in medio ventris mei.

Aruit tanq̄ testa virtus mea / et lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederūt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.

Foderūt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

Ipsi vero considerauerunt & inspexerūt me diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestē meam miserunt sortem.

Tu autem domine ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad defensionem meā conspice.

Erue a framea deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.

Saluame ex ore leonis: & a cornibus vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.

Qui timetis dominū laudate eum vniuersum semen iacob glorificate eum.

Timeat eū omne semen israel: quoniā non spre
uit neq; despexit deprecationem pauperis.
Et auertit faciem suam a me: & cum clamarē
ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea i ecclesia magna: vota mea
reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes & saturabuntur/& laudabunt
dominum qui requirunt eum: viuent corda eo=
rum in seculum seculi.
Reminiscentur & conuertētur ad dominū: vni
uersi fines terre.
Et adorabunt in conspectu eius: vniuerse fa=
milie gentium.
Quoniam domini est regnum: et ipse domina=
bitur gentium.
Manducauerūt & adorauerūt omnes pingues
terre: in conspectu eius cadent oñes qui descen=
dunt in terram.
Et aīa mea illi viuet & semē meū seruiet ipsi.
Annunciabitur dño generatio ventura: & an=
nunciabunt celi iustitiam eius populo qui nasce
tur quem fecit dominus. Psalmus. xxij. in
quo agitur de misericordia dei:
Dominus regit me & nihil mihi deerit in
loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectiōis educauit me: animā

meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitie: propter nomen suum.

Nam & si ambulauero in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu mecū es.

Virga tua & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt.

Parasti in cōspectu meo mēsam: aduersus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quā preclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee.

Et inhabitem in domo domini: in longitudinē dierum.

Psalmus .xxiij. in quo monet de glorificatione & hominis reparatione.

Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum.

Quis ascendet in montē domini: aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a domino: miseri-

cordiam a deo salutari suo.
Hec est generatio querentium eum: querentiū faciem dei iacob.
Attollite portas principes vestras: & eleuamini porte eternales & introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dominus fortis & potēs dominus potens in prelio.
Attollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales: & introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dominus virtutum ipse est rex glorie. Psalmus .xxiiij. in quo docet vir iustus in aduersis non murmurare: sed diuinum expectare adiutorium.
AD te dñe leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubescam.
Neq; irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.
Cōfundātur oēs iniqua agentes superuacue:
Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua & doce me / quia tu es deus saluator meus: & te sustinui tota die.
Reminiscere miserationū tuarū dñe: et miseri cordiarum tuarum que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris.

Secundū misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.

Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mānuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

Universe vie dñi misericordia & veritas: requirentibus testamentum eius & testimonia eius.

Propter nomen tuum domīe propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet dominum. legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.

Firmamentum est dñs timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominū: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me & miserere mei: quoniam vnicus & pauper sum ego.

Tribulatiões cordis mei multiplicate sunt de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborem meū: & dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam & erue me: non erubescam quoniam speraui in te.

Innocentes & recti adhesserunt mihi: quia sustinui te.

Libera deus israel: ex omnibus tribulationibus suis. De innocencia christi dñi petendo a deo iudicio cū quis animo inconscium se sentit

Iudica me domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in dño sperans non infirmabor.

Proba me domine et tenta me: ure renes meos & cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.

Non sedi cum consilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabor altare tuum domine.

Ut audiam vocem laudis: & enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tue: & locū habitationis glorie tue.

Ne perdas cum impijs deus animam meā: & cum viris sanguinū vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine. ¶ Psalmus .xxvi. in quo vir iustus petit a deo gratiam vt preualeat contra hostes spiritales: & vt perueniat ad regnum.

Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo:

Dominus protector vite mee: a quo trepidabo

Dum appropiant super me nocentes vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo.

Unam petij a dño hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi: omnibus diebus vite mee.

Et videam voluntatem dñi: & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum protexit me: in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me et nunc exaltauit caput

meum:super inimicos meos.
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius:hostiam vociferationis cãtabo & psalmũ dicã dño.
Exaudi domĩe vocem meam qua clamaui ad te:miserere mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meũ exquisiuit te facies mea faciem tuam domine requiram.
Non auertas faciem tuam a me:ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus & mater mea derelinquerunt me:dñs autem assumpsit me.
Legem pone mihi domine in via tua/& dirige me in semita recta:propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulãtium me quoniam insurrexerunt in me testes iniquĩ & mẽtita est iniquitas sibi.
Credo videre bona dñi:in terra viuentium.
Expecta dñm viriliter age &fortetur cor tuũ & sustine dñm Depcatio xpi pro ppio fideli cũ quis anxietate & vite tedio angetur ad deũ fũdenda.
Ad te dñe clamabo deus meus ne sileas a me/nequando taceas a me: & assimulabor descendentibus in lacum.
Exaudi domine vocem deprecatiõis mee dum

oꝛo ad te: dum extollo manus meas ad templũ
sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoꝛibus: et cum
operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquitur pacem cum pꝛoximo suo: mala
autem in coꝛdibus eoꝛum:
Da illis secundũ opera eoꝛũ: & secundũ nequi-
ciam adinuentionum ipsoꝛum.
Secundum opera manuũ eoꝛũ tribue illis: red
de retributionem eoꝛum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera domini / &
in opera manuum eius destrues illos: et non e-
dificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam exaudiuit vo-
cem depꝛecationis mee.
Dominus adiutoꝛ meus & pꝛotectoꝛ meus & in
ipso sperauit coꝛ meum & adiutus sum.
Et reflоꝛuit caro mea: & ex voluntate mea con
fiteboꝛ ei.
Dominus foꝛtitudo plebis sue: & pꝛotectoꝛ sal-
uationum chꝛisti sui est.
Saluum fac populum tuum domine: et bene-
dic hereditati tue: et rege eos & extolle illos vsq
in eternũ. ℣ De diuinitate verbi q̃ carũ factum
est / et exhoꝛtatione ad mysticum munus deo of
ferendum / de chꝛisti quoq; baptismo. ꝑs. xxviij

Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietum.

Afferte domino gloriam & honorem / afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominū in atrio sancto eius.

Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.

Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.

Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros libani.

Et comminuet eos tanq̄ vitulum libani: et dilectus quemadmodum filius vnicornium.

Vox domini intercidētis flammas ignis vox domini concutientis desertum: & commouebit dominus desertum cades.

Vox dñi preparantis ceruos & reuelabit condēsa: & in templo eius omnes dicent gloriā.

Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dominus rex in eternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: dñs benedicet populo suo in pace ¶ Psalmus .xxix. in quo agitur de resurrectione christi.

Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Dñe deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatiõe eius: & vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum letitia.
Ego autem dixi in abundantia mea non mouebor in eternum.
Domine in volũtate tua: prestitisti decori meo virtutem.
Auertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad deum meum deprecabor.
Que vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem.
Nunquid confitebitur tibi pulus: aut annũcia bit veritatem tuam:
Audiuit dominus & misertus est mei: dominꝰ factus est adiutor meus.
Conuertisti planctũ meũ in gaudium mihi: cõcidisti saccum meum & circundedisti me letitia.
Et cantet tibi gloria mea et non compungar: dñe deus meus in eternum confitebor tibi.

De anxietate vite christi / & fiducia in deo habē da cū vndiq; malis opprimimur. Ps̄.xxx.

IN te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.

INclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.

ESto mihi in deum protectorem: et in domū refugij vt saluum me facias.

QUoniam fortitudo mea & refugium meū es tu: et propter nomen tuum deduces me & enutries me.

EDuces me de laqueo quem absconderūt mihi quoniam tu es protector meus

IN manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis. Antipho.

CHristus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem: mortem autem crucis ℣. Ora pro nobis sancta dei genitrix ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi ℣. Valde honorandus est beat⁹ iohānes ℟. Qui super pectus domini in cena recubuit. Oratio.

RESpice quesumus domine super hanc familiam tuam pro qua dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi: nocentium & crucis subire tormentum.

INterueniat pro nobis dñe iesu christe apud tuā

clementiam nunc et in hora mortis nostre glo=
riosissima virgo maria sanctissima mater tua
cuius sacratissimam animam in hora passio=
nis tue doloris gladius pertransiuit.
Beati iohannis apostoli tui & euangeliste que=
sumus domine deus noster nunc & in hora mor
tis nostre iugiter commendet oratio / qui in cru
ce moriens matrem tuam virginem virgini
commendasti. Qui viuis & regnas deus. Per
omnia secula seculorum. Amen.
Gloriosa passio domini nostri iesu christi / eru=
at nos a dolore tristi: et perducat nos ad gau=
dia paradisi. Amen.
Benedictum sit dulce nomen domini nostri ie
su christi et gloriose virginis marie matris eius
ineternum & vltra. Amen.
Nos cū prole pia bñdicat virgo maria. Amē.
Sancte & indiuidue trinitati iesu christi cruci=
fixi humanitati: gloriose virgini marie sit sem
piterna gloria ab omni creatura per infinita se=
culorum secula. Amē. Pater noster. Aue ma.
Aue benigne iesu gratia plena miserico=
dia tecū Benedicta passio mors & vulne
ra tua & benedictus sanguis vulnerū tuorū dñe
miserere mihi peccatori. Dulcissime dñe da mi
hi cor mundū / cōtritū / quietū / patiens & humi

le:castū corpus obediens ⁊ stabile semper in tuis obsequijs mancipatū. Pē nr̄. Aue. ¶ Beatus hyeronimꝰ in hoc modo disponit hoc psalteriū vbi angelus dñi docuit eū per spiritum sanctū Porro propter hoc abbreuiatū est q hi qui solicitudinē habent vel qui in infirmitate iacēt aut in operibus occupātur vel iter agūt vel longinquā viā seu per mare nauigāt aut q̄ bellū cōtra hostes cōmittūt seu ⁊tra inuidiā diabolorū qui militāt cōtra aīas christianorū assidue aut qui verū votū vouerūt deo quotidie psallere psalterium integrū ⁊ minime possunt hoc facere: vel qui ieiunāt fortiter ⁊ debilitatem habent/⁊ pro his qui festa solēnia custodiūt eo q minime possunt psalteriū canere illud. Unūquemq; ergo ex his quos superius diximus si volūt aīam suam saluam facere/⁊ vitā eternā habere assidue oportet canere hoc psalteriū ⁊ possidebūt regnū dei. Amen. ¶ Psalteriū beati hieronymi.



VErba mea auribus percipe dñe intellige clamorem meū
Intende voci orationis mee: rex meus ⁊ deus meus.
Dñe ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias me.
Miserere mei dñe quoniā infirmus sum: sana

ne dñe quoniam conturbata sunt ossa mea:
Et anima mea turbata est valde sed tu domine vsquequo.
Conuertere dñe & eripe animã meã: saluũ me fac propter misericordiam tuam.
Respice & exaudi me: dñe deus meus.
Illumina oculos meos: ne vnq̃ obdormiam in morte.
Perfice gressus meos in semitis tuis vt nõ mouẽtur vestigia mea.
Ego clamaui quoniã exaudisti me deus: inclina aurẽ tuam mihi et exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.
Custodi me dñe vt pupillam oculi/sub vmbra alarum tuarum protege me: a facie impiorum qui afflixerunt me.
Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo.
Tu autem domine ne longe facias auxiliũ tuum a me: ad defensionem meã conspice.
Erue a framea deus animã meam: & de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: & a cornibus vnicorniũ humilitãtem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in me:

dio ecclesie laudabo te.
Vias tuas domine demonstra mihi & semitas tuas edoce me: & dirige me in veritate tua.
Memento miserationum tuarū domine: & miserico?die tue que a seculo sunt.
Delicta iuuentutis mee: & ignoz?antias meas ne memineris deus.
Secundum miserico?diā tuā memoz? esto mei: p?opter veritatem tuam domine.
P?opter nomen tuum dñe p?opitiaberis pecca to meo multum est enim.
Vide humilitatem meam et labo?em meū: et dimitte omnia peccata mea.
Ne perdas cum impijs deus animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.
Exaudi dñe vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei & exaudi me.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiuto? meus esto dñe ne derelinquas me: ne= q? despicias me deus salutaris meus.
Legem pone mihi dñe in via tua & dirige me in semita recta: p?opter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantiū me: quoniam insurrexerunt in me.
Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a

me ne vnq̃ discedas a me: & ero similis descendentibus in lacum.
Exaudi dom̃e vocem deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templũ sanctum tuum.
Ne simul tradas me cũ peccatoribus: & cũ operantibus iniquitatem ne perdas me.
Saluum fac populum tuum domine: et benedic hereditati tue: et rege eos & extolle illos vsq̃ in eternum.
In te domine speraui non confundar ineternũ in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto mihi in deum protector̃ & in domũ refugij: vt saluum me facias.
In manus tuas dñe: cõmendo spiritũ meũ.
Libera me & cripe me: de manibus inimicorũ meorum.
Illumina faciem tuã super seruũ tuum saluũ me fac in misericordia tua: dñe non confundar quoniam inuocaui te.
Fiat misericordia tua domine super nos: quẽ admodum speramus in te.
Benedicam dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti & letentur.
Magnificate dominū mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.
Iudica domine nocentes s me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
Ne sileas domine ne discedas a me exurge & intende iudicium meū: deus meus & dominus meus in causam meam.
Iudica me scōm iustitiam meā: dñe deus mē
Prætende dñe misericordiam tuam scientibꝫ te & iustitiā tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbie: & manus peccatoris non moueat me.
Exaudi orationē meā dñe & deprecationē meā auribus percipe lachrimas meas.
Ne sileas quoniā aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei.
Remitte mihi vt refrigerer prius qꝫ abeam: et amplius non ero.
Tu autem domine ne longe facias auxiliū tuū a me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me mala quorū nō

est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee / & non potui vt viderem.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi dñe vt eruas me: domine in auxilium meum respice:
Ego vero egenus et pauper sum: dñe curam habe mei.
Adiutor meus & protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.
Ego dixi domine miserere mei: sana animā meam quia peccaui tibi.
Exurge quare obdormis dñe: exurge et ne repellas in finem.
Quare faciem tuā auertis & obliuisceris inopie nostre & tribulationis nostre.
Exurge dñe adiuua nos: & libera nos propter nomen tuum.
Miserere mei deus scdm magnā mīam tuā.
Et secundū multitudinē miserationū tuarum dele iniquitatem meam.
Et multum laua me ab iniustitia mea: & a delicto meo munda me:
Auerte faciem tuam a peccatis meis: et oēs iniquitates meas dele.
Cor mundū crea in me deus: & spiritū rectum

innoua in visceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: & spiritū sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi letitiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Domine labia mea aperies: & os meū annunciabit laudem tuam.
Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meā: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerunt in me: & fortes quesierunt animā meā et non proposuerunt deum ante conspectū suum.
Exaudi deus orationem meam / et ne despexeris deprecationem meam: intende in me & exaudi me.
In deo laudabo verbum / in domino laudabo sermonem in deo speraui: non timebo quid faciat mihi homo.
In me sunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti animā meā de morte / & pedes meos a lapsu: vt placeam coram domino in terra viuentium.
Miserere mei deus miserere mei: quoniā in te

confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarū sperabo: donec trā
seat iniquitas.
Eripe me de operātibus iniquitatem de viris
sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam: irruerūt
in me fortes:
Ego vero orationem meam ad te domīe: tem
pus beneplaciti deus.
In multitudine misericordie tue exaudi me in
veritate salutis tue.
Salua me a luto vt non inhereā: libera me ex
odientibus me & de profundo aquarum.
Non me demergat tempestas aque neq; abso
beat me profundum: neq; vrgeat super me pute
us os suum.
Exaudi me dñe quoniam benigna est miseri-
cordia tua: secundū multitudinem miserationū
tuarū respice.
Intende anime mee & libera eam: propter ini
micos meos eripe me.
Deus in adiutorium meum intende: domīe ad
adiuuandum me festina.
Ego vero egenus et pauper sum: deus adiu-
ua me:
Adiutor meus & liberator meus esto: domīe ne

tardaueris.
In te dñe speraui non cõfundar ineternũ:in iu
stitia tua libera me et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam et salua me.
Esto mihi in deum protectorem: & in locũ mu
nitum vt saluum me facias.
Deus meus eripe me de manu peccatoris:& de
manu contra legem agentis & iniqui.
Repleatur os meum laude: vt possim cantare
gloriam tuam:tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore senectutis mee:cũ
defecerit virtus mea ne derelinquas me.
Deus ne elongeris a me:deus meus in auxiliũ
meum respice.
Ego autem in te sperabo:& adijciam super om
nem laudem tuam.
Ne tradas bestijs aias confitentiũ tibi: & ani=
mas pauperũ tuorũ ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentũ tuũ quia repleti sunt qui
obscurati sunt terre domibus iniquitatũ.
Adiuua nos deus salutaris noster: et propter
gloriam nominis tui dñe libera nos/& propiti9
esto peccatis meis propter nomẽ tuum.
Excita potentiam tuam & veni: vt saluos fa=
cias nos.
Domine deus virtutum conuerte nos:et ostẽ=

de faciem tuam & salui erimus.
Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte iram tuam a nobis.
Numquid ineternū iraſceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione & progenie.
Deus tu cōuersus viuificabis nos: & plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuam. & salutare tuum da nobis.
Inclina domie aurem tuam & exaudi me: quoniam egenus & pauper sum ego.
Custodi animā meā quoniā peccator sum: salvum fac seruū tuū deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quomā ad te clamaui tota die letifica animam serui tui: quoniā ad te domine animā meam leuaui.
Et tu domine deus miserator & misericors patiens & multe misericordie & verax.
Respice in me & miserere mei: da imperiū puero tuo & saluum fac filiū ancille tue.
Fac mecū signum in bonū vt videant qui oderunt me & confundantur: quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me.
Domine deus salutis mee in die clamāui ad te & nocte coram te.
Intret oratio mea in conspectu tuo: inclina au

rem tuam ad precem meam.
Ubi sunt misericordie tue antique domie: sicut iurasti in veritate tua.
Memor esto domie oppprobrij seruorū tuorum: quod continui in sinu meo multarū gentiū.
Conuertere domine vsquo: & deprecabilis esto super seruos tuos.
Et sit splendor domini dei nostri super nos/& opera manuum nostrarū dirige super nos: & op⁹ manuum nostrarū dirige.
Domine exaudi orationem meā: & clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam a me: in quacunq; die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacunq; die inuocauero te: velociter exaudi me.
Et ne educas me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.
Et tu domine fac mecum propter nomen tuū: quoniam suauis est misericordia tua.
Domine libera me quia egenus & pauper sum ego: & cor meum conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cum declinat ablatus sum: et excussus sum sicut locusta.
Adiuua me domie deus meus: & salua me propter misericordiam tuam.

Retribue seruo tuo viuifica me: & custodiã sermones tuos.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Increpasti superbos maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Auser a me opprobrium & contemptũ: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Etiam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miserere mei.

Etiam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

Deduc me in semita mandatorum tuorũ: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquiũ tuũ in timore tuo.

Bonitatem & disciplinã et scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Fiat misericordia tua vt exhortetur me: secũdum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant michi miserationes tue et viuã: quia lex tua meditatio mea est.

Fiat cor meũ immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Humiliatus sum vsquaq; domine: viuifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Suscipe me secundũ eloquium tuum et viuã: et non confundas me ab expectatione mea:

Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificationibus tuis semper.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: et iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego da michi intellectum: vt sciam testimonia tua.

Respice in me et miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum:
et non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me a calumnijs hominum: vt custo-
diam mandata tua.
Faciem tuam illumina super seruum tuum:
et doce me iustificationes tuas.
Uide humilitatem meam & eripe me: quia le-
gem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime me: propter
eloquium tuum viuifica me.
Appropinquet deprecatio mea in cōspectu tuo
dñe: iuxta eloquium tuū da michi intellectum.
Intret oratio mea in conspectu tuo domine: se
cundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cum docue-
ris me iustificationes tuas.
Annūciabit lingua mea eloquium tuum: quia
omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluū me faciat: quia man
data tua elegi.
Concupiui salutare tuū domine: et lex tua me-
ditatio mea est.
Uiuet anima mea et laudabit te: et iudicia tua
adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuū
domine/quia mandata tua non sum oblitus.

Miserere nobis domine miserere nobis: quia multum repleti sumus contemptione.

Benefac domine bonis: et rectis corde.

Conuertere domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes: in voccm deprecationes mee.

In quacūq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Pone domine custodiā ori meo: et ostium circumstantie labijs eius.

Non declines cor meum in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

Eripe me de persequētibus me: quoniam prevaluerunt super me.

Educ de custodia animam meam: ad confitendum nomini tuo.

Domine exaudi orationē meam auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omis viuens.

Quia persecutus est inimicus meus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Velociter exaudi me dñe: defecit spiritꝰ meus.
Ne auertas faciem tuam a me: et ero similis descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordiã tuam: qua in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere volũtatem tuam: quia deꝰ meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.
Et educes de tribulatione animam meã: et in misericordia tua disperdes oẽs inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulãt animã meam: quoniam ego seruus tuus sum. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. ℟c. Oremus.

Dona michi queso omnipotens deus: vt per hanc sacro sanctam psalterij celestis melodiam aĩa mea saginetur. Dona vt leo rugiens ab infirma oue superetur. Dona vt per tuam gratiã violentissimus spiritus a debilissima carne vincatur. Dona vt ille qui de celo ceci

dit hic me pugnante subdatur. Dona vt si potestatem eius ad tēpus tua permissiōe patimur/ nequaq̄ eius insatiabilib⁹ faucibus sorbeamur. Fac illum tristem de humana salute qui de offensiōe nostra semper exultat. Fac me tuis semper laudibus vacare: & ad tuam quandoq̄ dulcedinem misericorditer peruenire. Qui viuis & regnas deus. Per oīa secula seculorum. Amen.

¶ Oratio ad sanctum Hieronymum.

Aue amator ꝯ famose Hieronyme gl̄iose Magnus amator christi: doce nos bene viuere / deū vere diligere vt in libris scripsisti / amator castitatis / tenens vitam puritatis / cordis per mundiciam. Fac nos corpus castigare: pro peccatis q̄ plorare / diuinam per gratiam Emuli te clamabant / sed nequaq̄ superabant per impatientiā. Ob amorem Jesu christi / fac implere quod fecisti / nos per indulgentiam: ꝙ. Ora pro nobis gloriose Hieronyme. ℟. Ut deum diligamus corde ore et opere. Oremus.

DEus qui glorioſum confessorem tuū hieronymū multis diuersarum nationum linguis peritum: sacre biblie trāslatorē esse magna ex parte voluisti: et ecclesie tue doctorem luminosum fecisti: presta quesum⁹ nobis christianis et omnibus in mūdo creaturis rationis ca-

pacibus: vt eius doctrinā ⁊ exēpla bone vite sequentes in te fideliter credamus: mentis munditiam teneamus te toto corde diligamus: pro inimicis ex corde vero preces fundam⁹: ⁊ in his perseuerantes te doctore/te duce: ad te in celum peruenīamus. Per christū dñm nostrū: Amē. Pater noster. Aue maria gra. Credo in deum.

¶ Incipiunt hore dulcissimi nominis Jesu.

Salutem mentis ⁊ corporis donet nobis iesus sapientia patris. Amen.



Domine labia mea aperies.
Et os meum annunciabit laudem tuam.
Deus in adiutoriū meum intēde.
Domine ad adiuuādū me festina.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sctō.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Jnuitatorium.
Eterne sapientie fontē adorāmus. Et pro gloria nominis Jesu deuote iubilemus. Psalm⁹.
Uenite exultemus. Et dicitur primus versus psalmi tantum cum Gloria patri. Hymnus.

Iesu dulcis memoria / dans vera cordis gaudia: sed super mel et omnia / dulcis eius presentia.
Nil canitur suauius / auditur nil iocundius: nil

cogitatur dulcius / q̄ ihesu dei filius.
Ihesu spes penitentibus / q̄ pius es petentibus: q̄ bonus es querentibus / sed qd inuenientibus.
Eterna sapientia / tibi patriq̄ gloria: cum spiritu paraclyto / per infinita secula. Amen.
Psalm⁹. lxv. in quo inuitat homines ad laudem dei p̄o beneficijs.
Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.
Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua domine in multitudine virtutis tue mentietur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te deus ⁊ psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sctō. Antiphona.
